

n. 118, 27.

(X201.8985)

Yc  
1983

RELATIO HISTO-  
rica

CAPTIVITA-  
TIS

Quorundam Coburgensium Confiliario-  
rum, Scabinorum, Advocatorum, Senatorum,  
& Matronarum,

5. Octobr. Anno 1632. ibidem  
Factæ, &

26. Martii Anno 1633. Viennæ Austro-  
rum, solutæ.

JUNCTA GRATIARUM ACTIONE,  
quibus debebatur.

*Psalm 102. vers. 20. 21.*

Prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cælo  
in terram aspexit, ut audiret gemitus compe-  
ditorum, ut solveret filios mortis.

\*\*\*\*\*

COBURGI,

Typis JOHANNIS FORCKELII;

Anno 1633.

*Pro me*





*Ad Illustrissimum, Celsissimum bellicosissimumq; Princi-  
pem ac Dominum,*

**DN. BERNHARDUM, DU-  
CEM SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET  
Montaniæ, Landgravium Thuringiæ, Marchionem  
Misniæ, Comitem Marchiæ & Ravenspurgi, Dynastam  
in Ravenstein &c. Dominum meum Clementif-  
simum.**



*Egum Secreta, Princeps illustrissime, celanda;  
Dei autem opera manifestanda & depradicanda esse,  
sacris literis docemur & monemur. Hoc autem poste-  
riori, Regum & Principum facta memorabilia dignis  
laudibus evebere, minimè prohibetur; In tantum, ut  
divinâ collaudatione hîc principaliter mandatâ, ho-  
minis simul, per quem, ceu organum, Deus opus suum  
efficit, laus aliqua comprehensa & tacite permessa vi-  
deatur: Cum & ipse Deus eum, per quem divinum opus suum vult expediri, eo  
ipso, quasi peculiari honore dignetur: quemadmodum & per Davidem, sa-  
crum organum suum, Goliathen Philistæum occidens, encomium illud publicum,  
quod Mulieres Hierosolymitanæ Victori Davidi accinebant, improbasse, nec i-  
bidem nec alibi in scripturâ legitur, colligitur aut presumitur.*

*Hoc itaq; certo & minimè dubio, ut quotidie mecum recordor, quam  
singulari Dei opt. max. vocatione, impulsu, directione & auxilio Celsitudo  
tua, tum meam, tum aliorum Coburgensium à captivitate Marchesianâ li-  
berationem quasiverit & promoverit, tandemq;, Deo dante, effectam obti-  
nuerit: Ita & ad illustre hoc beneficium gratâ mente & ore, tum privatim  
tùm publicè collaudandum, pietatis debite vinculo me adstrictum & obligatum  
sentio: Cujus rei quog; initium aliquod feci, cum post reditum nostrum,  
qui nempe 22. Aprilis instantis anni factus, sequente primo Maij historicam  
de abductione & reductione nostra relationem, tenui carmine conscriptam,  
publicè recitando imprimis Deo & illustri tue Celsitudini subjectissime gratias  
egi. Quò non tantùm id obtinui, ut Audientes meo me hac in parte officio p.r.  
satisfecisse arbitrati, sed etiam ipsimet ad Celsitudinis tue egregium meritum  
passim*

*arbitrati*



passim depraedicandum ansam adepti: tum huc usq; temporis mihi autores, sua-  
sores & impulsores fuerint, quo memoriae ergo Carmen praedictum, typis publicis  
committere & publicarem. Quod sicuti nunc & imprimis in Celsitudinis tuae  
laudem immortalem factum est, ita idem ipsi, qua par est, animi subiectione  
addicens & dedicans, ut in gratitudinis aliqualis signum juxtaq; in clientelam  
suam recipere, meq; & imposterum gratia sua dignari velit, maximopere pe-  
to & rogo.

V.

Deus opt. max. qui Celsitudinem tuam ad mirificum desperata libera-  
tionis nostrae opus efficiendum, pra aliis elegit & excitavit, eandem & posthac  
ad omnia ardua, & Ecclesiae totiq; reipubl. Christianae salutaria suscipienda,  
susceptaq; felicissime peragenda benignissime regat, ducat, & roboret, nec  
no longe va sanitate, cum auspiciatissimo regiminis statu, & successu, bonorumq;  
omnium ditissima affluentia donet, augeat, & conservet. Dat. Coburgi  
13. Junij Anno 1633.

à Celsitudinis tuae

Subiectissimo & devotissimo

Ioh. Bechstadio V. I. D. & Consili  
Saxo-Cob.

Magnifico Sapientissimoq; Dn. Cancellario &c. Am-  
plissimis, Consultissimis, Spectatissimis Dnn. Dd. Consiliariis,  
& Prudentissimis Senatoribus, Honestissimis itemq; castissimis matro-  
nis &c. omnibus Coburgo abductis, nunc ex miserrima captivitate reductis per  
Dei singularem gratiam Coburgum reversis; hoc exiguo, excipiendo ob-  
viam it debitam reverentiam & animo exultanter gratificante  
ac congratulante.

**M**agnifici Proceres, Christi selecta propago,  
Principis in senio lumina chara suo!  
Et venit, quamvis longo post tempore venit,  
Expectata dies, o speciosa dies!  
Captivos reduces, qua vos haec terra salutat,  
Gaudia cum lacrymis miscet honora suis.  
Nam quae septenos saevi truculentia Martis  
Detinuit menses, sponte soluta favet.  
O mirum fatum, quod vis divina revolvit,  
Et veteres placito, jussit abire vices.

A 2

Sic

Sic gemebunda Deum lassarunt vota precantum,  
 Charorum fletus, mœstaq; corda Virûm:  
 Vestraq; sollicitis simul anxia pectora spebus,  
 ἀλάγχνα moverunt omnipotentis Heri.  
 Nempe quod haud possunt nummorum millia multa  
 Solvere, summatim persoluere preces.  
 Persolvere preces fidei cum robore, Christus  
 Quas Patri acceptas promovet usq; ratas.  
 Quisquis es ergo Deum precibus de corde fideli  
 Atq; pio gemitu sollicitare stude:  
 Et mecum hoc facto mirando dicito gratus,  
 Gratia sola Dei gloria sola Dei.

Die höchste Ehre Gottes ist  
 Daß er gnädig und barmherzig ist.

At vos ô proceres fidei constantia victrix  
 Quos declaravit, provehat orbe decus;  
 Exemplo sitis credentibus omnibus, usq;  
 Vos Christus revocet lumina celsa Poli.  
 Heic ubi non hostis, non vis, infamia, carcer,  
 Non fraudes Satanae, non maledicta hominum,  
 Aurea sed cœli libertas, gloria Christi  
 Cœlituumq; Chori, consona turba Deo.  
 Tunc persolventur meritæ præconia laudis  
 Sacratæ Triadi ac unico honore Deo:  
 Angelico linguæ concentu quando sonabunt  
 Ter sanctus sanctus sanctus honore DEUS.

submissè & devotè cum precibus & servitiis debitis ascripsit  
 M. Hippolytus Hubmeier Past. & Superint. Heldpurg.

Σύνταγμα gratulatorium.

**I**tzigenæ Musa, Musisq; sacrata Juventus,  
 Cui pulcrum docili sub pectore gliscit Honestum,  
 Atq; cui multâ insignes probitate Magistri  
 Ostendunt sacras divinae Palladis artes,  
 Et nitidos referant fontes Heliconis amœni;  
 Nunc pia Cœlicolûm sacris date munera Templis,  
 Letitiâq; dicite dies; Astræaq; mater  
 Desere cœlesti contermina signa Puella,

Inno-

Innocuisq; premas iterum talaribus orbem !  
Justitia revirescet honos. Themidiq; chorisq;  
Thespiadum, & quotquot gremio Trutonia claudit,  
Servatum decus est. **LETO FOMANE COBURGO**  
Salvus ades, cuius sancto se pectore condit  
Cana fides, pietas, rerum prudentia, candor,  
Et labor, & totas vigilantia sobria noctes:  
**BECHSTETUSQ;** pedes infert cum Coniuge, quacumq;  
**VXOR** aditq; sui limen pudibunda **DRACONIS**,  
Adspiret facilem cui Juno Fluonia partum,  
Ne mala succumbat crudo tot passa dolori !  
Care mihi **LEOPOLDE** redis, **LEOPOLDE** Tuiq;  
**MAIE** redis, **HÖRNERE** redis; vestigia passu  
Quorum equo relegis **GAÜERE**. Ut pectora motu  
Subsiliunt tremulo mihi ! tanto in turbine rerum  
Vestra quod aethereo nutu surrexerit omnem  
Mens supra sortem, fato sublimior omni.  
Scilicet hos pietas potuit tolerare labores;  
Inconcuſſa fides, & mens interrita sedi  
Martis ad horrores, ac nescia cedere magni  
Pectoris evicit Constantia vivida casus;  
Ignea quos Orci Vobis impigit Echidna,  
Et fera vulnificum quatiens Bellona flagellum,  
Non aliter, viridem exercet cum Palma juventam,  
Quam passim agricolae depensâ mole fatigant,  
Atq; gravant saxo, superas consurgit in auras,  
Indignata premi molemq; & pondera victrix  
Exsuperat, seris factura nepotibus umbram,  
Usque adeo nescit subigi discrimine Virtus !  
Quae stat, in Alpinò ceu cautes vertice surgens,  
Quam neq; convellunt Cauri, neq; seva trifurcâ  
Fulmine vis coeli, violens neq; diluit imber.  
Musarum memores igitur Subsellia plausus  
Ingeminent, libentq; Deo gratesq; precesq;  
Qui faciles aures clamantibus applicat, & qui  
Vincula disrumpit, pedicas retinaculag; laxat;  
Solaturq; graves curas, & tristia mulcens.

*Peſtora detergit lacrimas, & abacta reponens  
Gaudia feſtinat lapſum reparare vigorem :  
Quiq; cavis olidos proſtant è naribus ignes  
Terrificat tumidos ſubigitq; domatq; Tyrannos;  
Quos tandem miſeros Erebo tranſcribet, & omnes  
Fulmine dejectos tetrico demerget Averno.  
Ille animat propè jam lapſos Phlegethontis ad undas :  
Idem reſtituit ſuperasq; reducit in oras,  
Educitq; lacu vinctos & ſiſtit amico  
In portu, & pavida reddit pia gaudia menti.*

*Ille dies fuit ab ! feralis, & omine plena  
Triftificò fuit ab ! quã nigrò pallida luctu  
Atria ſqualebant Themidis, viduata Magiſtrò,  
Et deſolata flebant cum ſede Camena.*

*Dira dies ! nitidò minime produxit olympo  
Veſta pruinòſò genitrix te Memnonis axe :  
Sed tibi triſte jubar pallentibus extulit umbris  
Tartareò redimita caput Vox turbida peplò !  
Tunc licuit Clarias oculo lacrimante Sorores  
Adſpicere, & iaceris immittere crinibus ungues,  
Turbatumq; Helicon vagis reſonare querelis.*

*Nunc vertit Fortuna vices. Ludibria ceſſant  
Militis obſceni, riſus ſanneq; ſuperba,  
Scommata, probra, leves ronchi ſtolidiq; cavilli,  
Atq; Itale gentis convitia ludicra; quondam  
Quæ Superùm Nemefis prolata, at ſeria juſtis  
Pœnis ad ſimiles ulura eſt uſq; nepotes.*

*Nunc REDUCUM certant ſtudiis equalibus omnes  
Egregium ſtipare latus, primi q; videri;  
Itzigenaſq; trabunt lata ad ſpectacula Nympbas,  
Sicut ubi exutus ſenium nitidusq; juventâ  
Puniceis ſurgit Phenix à funere plumis,  
Nativoq; jubar Phœbeum provocat aurò;  
Innumera circum volucres comitantur euntem;  
Et vario indulgent cantu, plauſuq; ſequuntur;  
Non illum tantùm Philomela canora ſalutat,  
Verùm etiam Frigilla, etiam cum Regulò hirundo*

5. Oct. An.  
1632.

d. 22. April.  
An. 1633.

Suprà

Suprà infràq; crepant, quò possunt, vocis honore.

IPSE PATER PATRIÆ, primis mala doctus ab annis,

Et nunc Prædonum manibus spoliatus iniquis

(Circa summa tonat, ferit Acroceraunia fulmen;

At tribuli & lappæ horrentes, & inutilis arvis

Carduus, haut Boream curant & frigora Brumæ.)

Cum fletu cupidis reduces amplectitur ulnis,

Conjungens manibusq; manus atq; oribus ora:

Grataturq; suis BENE-VENTUM & gaudet Alumnis;

Post varios casus, post tot discrimina rerum

Exoptati adsint! Votisq; tot usq; petiti

Dent rapidis curas zephyris Atlanticum in æquor

Ferre, nec ulterius mortis propè mille figuras

Implacidâsve minas timeant; trepidosq; pavores

Excutiant! hostis Campana superbia tandem

Pessum ibit, pœnasq; luent sine fine Tyranni,

Hic ubi Cocyti stagnum Stygiâq; paludes

Sulphureis turbantur aquis olidâq; mepbiti.

Qui ditat, Deus est; Deus est, qui pauperat. Ille;

Quæ Mavors rapuit, millenâ forte rependet.

Fiat ita! & deinceps sine vi sine cædibus ævum

Degite securi, in placidâq; quiescite pace,

O dilecta DEO Capita, ô sacra lumina Phœbi!

Improba nec ledat Vos Ate, aut Martius horror

Intonet ulterius, timefactâq; pectora turbet!

Nil cuiquam desit, nec opum ulli defuat uber.

Corditûs hæc voveo, & Salvis precor omnia fausta:

Ut tandemq;, malò extinctò, Deus alta laborum

Per juga ad æternæ cunctos Vos præmia vita

Evehat, & Superûm stellanti sistat in arce,

Lucida ubi sine nocte dies, Sol verus in ævum

Irradiet placidas divino lumine mentes.

Scriptum

à M. Ioh. VVeitzio P.L. & Rectore  
Scholæ Gothanæ.

CA.

CAPTIVI REDVCS:

*Αναγκραμαλινως*

DVCS VICIT PERA:

DEVS VICIT, CREPA.

**D**Vcta quòd hinc patriæ clarissima sidera per vim,  
Causa; Duces vicit pera replenda Tago:  
Liberà quòd prisco nuper sunt reddita Cœlo,  
Causa; Deus vicit; vis inimica crepa.

*Johannes Rosa Senatui Pesni-  
censi ab Epistolis.*

Ejusdem.

AD AVTOREM.

**L'**ubligo è 'l rispetto, che io Vi porto sempre, mi spiegarono la mano à  
conciar queste righe, come spero, non mal à propos d' Oratione vostra  
à piè Heroico, Heroicamente come scritta; così recitata. Le quali accettate  
te con quella buona dispositione d' animo, con che Vi si porgano: Sc. Co-  
burg. 8. di giugno 1633.

Suonetto

**C**Redete mi, signor, che per le vostre  
Fatiche, dal Marches di Grana forte,  
siate più forti fatti, com' en giostre,  
che per il vostro grado in qual sia corte:  
Allegri all'hor d' haver si fatte mostre  
provate con il gusto soua morte,

E trapassate ben: Toscana Pitho  
Così motteggia, cidè Pastor fido:

Non è sana ogni gioja,

Nè mal cio, che v' annoja;

Questo è vero gioire,

Che nasce da virtù dop' il soffrire.

di V. S. eccellentiss.<sup>a</sup>

devotiss.º Servidore.

Deo





# Deo soli gloria.



I Tully eloquio valeam venâq; Maronis,  
 Certè haud sufficiam laudis praconia fari  
 Numinis aeterni: cuius divina potestas  
 In patriam reduces fecit, quos improba  
 Martis

Vis rapuit, raptos tenuit, tentosq; reduxit,  
 Et retrodixit, perversi Militis inter  
 Blasphemias voces, bombardas, spicula & iras,  
 Per nemora & campos, perq; avia tesqua viarum,  
 Afflictosq; fame atq; siti, tum frigore pressos,  
 Donec Egram appulimus miseri, tandemq; Viennam,  
 Austriaci sceptri celebrem pervenimus urbem  
 Vinculum ubi arresti laxatum, & facta potestas  
 Pro lubitu mutare locum, in Patriamq; reverti.

Historia haec brevis est abitus nostri reditusq;  
 Inde tamen nondum facile est cognoscere causas,  
 Cur tot sint grates divino Numini agenda.  
 Hinc fortassis erit quoq; quod convertere vultus  
 Vos in me videam rectos, tacitosq; rogare,  
 Gestibus & votis causas! Jessus id ipsum  
 Addocet exemplo proprio: memori ore recensens,  
 Et velut ad digitos, summi benefacta Jehova:  
 Crimina quod tibi condonet; quod vulnera sanet:  
 Servet ab ininteritu, vitam quod dotibus ornet:  
 Os quod letificet, juvenumq; vigore senectam  
 Instauret, pro more aquila; tum cetera narrans.  
 Pluribus ergo iter expediam, referamq; notandos  
 Casus; ut quisq; acciderit, sortitus & idem

Psal. 103.

v. 3.

v. 4.

v. 5.

B

Quem

Desni-  
lis.

ano d  
vostra  
tare-  
Co

Deo



Quem finem? unde Dei constabit provida cura  
Pl. 3. v. 4. Et quam dilectos ducat mirabilis usq;!

Inde simul causæ poterunt cognoscier: ob quas  
Jam Domini laudes mediter, cupiamq; referre.

At quid nunt animum turbat mihi? Forsitan adsunt  
Qui studium exprobrant hoc, susceptumq; laborem  
Linquendum esse aliis statuunt, qui non minus ipsi  
Præsentes sunt experti, quæ sunt mihi visa,  
Acrior & quibus ingenij vis atq; facultas  
Dicendi? Nihil ista moror. Concessa potestas  
Cunctis laudandi Dominum, nec adempta per istud  
Est aliis. Me zelus agit bonus: Offero votum  
Pl. 66. v. 14 Sic labiis promitto meis, sit osq; locutum est  
Tempore, quo mala sors miserum divexat & arctat.  
Ne quis me innocuum detestanda ambitionis  
Suspicione gravet, sermonem aut simplicio rem  
Taxet: Quæ loquor hic, loquor ut sint plana cuiq;  
Non loquitur, si quis non vult intelligi ab omni.  
Ferte omnes aures aquas, audite benignè  
Dicentem, Patres venerandi & ceteri Amici.  
Si tamen attigero quadam, quæ vilis magnis  
Et vestro ingenio non sunt satis apta, nec auri,  
Quæso ignoscatis, vobisq; haud dicta putetis,  
Verum illis queis mens audire & cuncta minuta.  
At nunquam, certè, tibi erunt dicenda minuta  
Quæ solamen habent miseris, mentesq; monendo  
Ædificare queunt hominem: Sit parva licet res  
Mundi in judicio; qui nil nisi grandia spectat  
Quæq; oculos implent, animumq; quod afficit actu:  
At non interiora capit, miser ut capit, atq;  
Pro minimis Domino quoq; cantat pectore grates.  
Christe benigne regas Flatu mihi pectus & ora,  
Ut tibi

Ut tibi grata canam, quæ sint & grata Patronis  
Atq; Iuventutem doceant, moneantq;, juventq;.

**M**agna Dei est bonitas: qui quando immittere cladem  
Vult aliquam populo, commissa ob crimina semper  
Ira concepta præmittit nuntia signa.

Sic ante excidium Solymæ præfagia plura  
Auribus atq; oculis dederat cognoscere: ut indè  
Numinis irati mentem perdiscere, & iras  
Obsequio vitaq; piâ lenire, gravemq;  
Tñs πανολεθεϊας pœnam prævertere possint.

Sic, quanquam excidij nondum nos pœna petebat;  
(Tempore quod nullo quimus sat pectore grato  
Concelebrare) tamen neq; nos clementia Jovæ  
Signis destituit, quæ sunt prænuntia cladis.

Pluribus ex istis memoro, semestre quod ante,  
(Forte & nuperius) proprio ceu lumine vidi,  
Unda suburbana fossæ, quæ proxima portæ  
Judaica, fuerit rubicunda cruoris adinstar,  
Sic ut ab ignaro cernente hanc vase retentam,  
Certè nil aliud fuerit, quàm, credita, sanguis.

Addo aliud: Quod fœtus, adhuc qui clausus in alvo,  
Vagitum ediderit vehementem adeoq; sonorum.

Mater ut adstantesq; simul perterriti ob ipsum  
Non modicè fuerint: sed naturale putarunt.  
Paulò post simile evenit prægnantis & ejus,  
Quæ prægnans etiam ipsa fuit, nostra urbe, Sorori.  
At nemo advertit donec signata sequuntur,  
Sanguine & unda rubet, tenerùm vagitus & urbem  
Cum Matrum Patrumq; vagis ululatibus implet.

Eloquar an sileam? Non consultatio vana est  
Certè: Si sileo; vos spe lactasse videbor  
Vana: si loquor; antiquum renovabo dolorem.

18. Septēb.  
Anno 1631.

*At opus hoc certè : nocuitq; silentium Amiclis.  
Septembris lux oclava & vigesima ( ô haud lux )*

*Anni, ante instantem qui proximus ordine cessit,  
Heu quam tristis eras ? quam perniciofa Toburgo ?  
Dux Fridlandus ubi numerofo & Marte feroci  
Mœnia cingendo, immani terrore, minisq;  
Conclusos adigit fatalem ad deditiōem.*

*Mars sanè interior, quid non molitus in Hostem  
Egrediendo, invadendo, occurrendo, necando  
Fulminibus tormentorum, ferro, ensibus, hastis ?*

*At nihil efficitur : major vis ingruit Hostis,  
Mœnia & infestat, distinctis partibus, urbis.  
Jamq; ex rure sonat Tubicen taratantara, & urbem  
Dedere Fridlandi jussu monet : at vice primâ*

*Nostratum globulis cessit retrò indè petitus,  
Sed rediens paulo post intromittitur ad nos,  
Mandatūq; Ducis brevibus proponit, & instans  
Deditiōis opus, referendoq; fulmina dira  
Mortis, & excidiij extremi, monet, imperat, urget :*

*Vixq; datur spacium consultandi unius horæ  
Dimidium : intereâ sic Dictatore jubente  
Tormenta & sclopos, morâ & absq;, quiescere mandat :*

*At furor & crepitus pergunt, monitusq; recusant  
Cives. Responsis opus est : Citò adesse jubentur  
Præfecti cum Consulibus, plebisq; Tribuni,  
Et qui curam urbis contra vim Martis habebant.  
Ut faciendum quid, statuant. Magè buccina clangit :  
Maturate precor : non hic mora. Quid faciendum.*

*Consulimus dubij : incerta ratione vagamur  
Nunc huuc nunc illuc. Tubicen magis instat & urget.  
Festinate, aut me, quæso, dimittite saltem,  
In castrum ut redeam. Vereor & c. Nos : Dicite tandem*

*Quæ*

Quæ sint danda Duci responsa : An mœnia contra  
Vim tantam servare, aut non servare potestis ?

Nunquam quimus, ait, cui res benè cognita : Et hostis  
Murorum in fossas illapsus scandere eosdem  
Jam conabatur tuto sub tegmine. Adesse  
Non vult ulterius Tubicen. Dant ultima vota ;  
Hostem admittendum sub conditione benignâ,  
Quàm ablegandi istinc deberent ritè pacisci.  
Ut capit hoc Tubicen vadit ; pactisq; futuris  
Jam locus est dictus. Sed Commissarij ut urbis  
Interiore meant portâ, portam exteriorem  
Hostis habet patulam, ( quo factò ? haud constat ) Et intrat  
Vexillo, Dux Beckerus, volitante. Reversi  
Nostrates referunt : urbs atq; possessa tenetur,  
Nec locus ulterius tùm conditionibus æquis,  
Quàm quod nulla Lari vitæ è timenda pericla,  
Si modo pacifici simus : Custodia at urbis  
Atq; gubernandi ratio mox omnis adempta est.  
Hæc ita dum fiunt, qui terror, clamor, Et angor,  
Inter nos fuerit, quæ consternatio mentis,  
Quæ rerum confusio ? qui jam fando referrem ?

Solis ut orta dies Primazes ordinis omnis  
Supremi bini, ad Fridlandum, in castra, vocantur.  
Non hic ulla mali vel conditionis iniquæ  
Suspicio est : interq; illos qui à consiliis sunt,  
Electi, quibus ante labor de fœdere pacis  
Tractandi commissus erat, virtute vigentes  
Conspicuiq; viri ; queis Miles Nobilis adstat.

Beit Ulrich Marschalck von Erelbach zu Aindich etc. Capitaneus.

D. Ioh. Iacob Draco Ordin. & Consiliarius.

D. Peter Andr. Wolffrumb Consil. Cancellaria.

Dn. Ioh. Eaterman in Mogebrun Consil. intimus & Præfectus

Ærarij.

Ordinibus verò ex aliis comitantur eosdem :

B 3

D. Phil.

30. Septēb.

Quæ



H. Phitippus Seidenbecher Diaconus Cob.  
Johann Herold J. S. Gleydsmann.  
Andreas Flemmer Consul.  
V Volfg. Erhardus Abt Syndicus.  
Samuel Stehlin Ædilis & Senator.

Delati ad castrum Fridlandi hæc jussa capessunt  
Ardua : ut extructum ad castellum, in monte, Coburgum  
Ocyus adscendant, atq; ejus deditioem  
Procurent queiscunq; modis, si vivere & ipsi  
Atq; suos, vellent, salvos superesse Penates.  
Nulla mora hic : sic decretum est : Mora nulla : præibat  
Præfectus campi dux : Adducuntur ad arcem  
Usq; per ambages, nec sic tamen absq; periculo,  
Quod minitabatur tormenti fulmen in hostes.  
His, cum jam propugnaculo fiunt propiores  
Cedere nec retrò datur, hæc prænuncia ad aures :  
Si non rectà adeant, re infectâ sive recedant,  
Mox Sclopetorum globulis rectâ esse petendos :  
O injustitia ! ô pectus crudele ! Tyrannis  
O seva, innocuos sic velle addicere morti !  
Ni faciant quod jura vetant, quod & Ethnica virtus,  
In patriam & prohibet pietas, atq; omnis honestas !  
Jam timidi pergunt : videor mihi cernere euntes  
Omnes respicientes nec non indignantes.  
At superandum iter hoc. Jam Præsidarium in arce  
Alloquium ad jussam exposcunt : dictamine iniquo  
Qui sic commotus, miseros ut, dira precando,  
Jusserit actutum longè inde recedere & esse,  
Aut viam eis aliò se commonstrare paratum.  
Nec jocus aut lusus fuit hic : Sententia dicta est,  
Quæ nullis precibus poterat mutarier. At cum  
Retrotrahunt gressus, referant ut Cesareanis,  
Mox hi displodunt sclopetâ, trucesq; repellunt

Nostra-

Nostrates, qui sic dubij quò vertere tuto  
Se possint, eadem cum Miles ab arce minetur,  
Depressi, terræ incumbunt, aliquà ratione  
Ut latitare queant, nec toto corpore aperti  
Expositiq; oculis ita sint atq; ictibus Hostis.

O lux atra dies maledicta, diesq; nefanda  
Quâ semel in puncto cumulantur, & undiq; terrent  
Vis Hostis, furor indomitus, mina & arma cruenta  
Nec non ira Dei, ac certissima mortis imago!  
Hic tremor hic angor! sed tandem vota precesq;  
Tot fusas Deus exaudit, sub vespera & illâ  
Commiserans salvos recipit Capitaneus arce:  
At durâ sub conditione, nec absq; periculo.  
Quin metus atq; dolor, satis hic quoq; tangit & angit,  
Heu miseros, dum Vulcanum dominarier urbe  
Conspiciunt toties; post & rumore ferente:  
Urbe prius nostra spoliatâ, atq; ense necato  
Possessore omni flammis tunc funditus omnem  
Perdendam esse: ut post etiam, cum castra remota  
& atq; hostes abiisse ferunt, pretiosa Penatum  
Omnia rapta simul, simul absentumq; Maritas  
Abductas! Metus hinc quantus, quis mæror & angor?  
Sexta dies Pathmi quando instat, & hostis ab urbe  
Discessit, salvi redeunt ad tecta Penatum.

5. Octob.

Jam rogitas: Quæ causa mali cur omnia & ista  
Permisit Dominus fieri? Pressere Coburgum  
Fata, ait Astrologus: cui cæli sydera cura  
Illorumq; situs, motus, natura, vicesq;  
Temporum & annorum. Hæc sequitur mutatio rerum  
Ortus & interitus. Tu dic: pressere Coburgum  
Non Fata at Peccata: quibus justissimus orbis  
Judex offensus clades immisit in irâ.

Quarta

Nostra-

91  
Qua tamen haud tota exarsit, furor indigitetur  
Ut rectè de quo Psaltes sextam inchoat oden:  
Ab Domine haud miserum me puni & corripe in irâ  
Inq; furore tuo. Quia ceu validissimus ignis  
Indomitum furit, & devastat templa domosq;  
Sic furor ille etiam consumit & omnia perdit:

Thre. Ier. At bonitas Domini est, urbs quod non perdita nostra est.

c. 3. vs. 22. Nam nobis pressura modò & vexatio clades

Habac. c. Illa fuit. Des alme Deus, vexatio ut ista

i. v. 12. Det nobis intellectum, sapiamus ut inde,

Iesa. c. 28. Quae sint ad pacem nostram Patriaq; salutem:

vs. 19. Quod nisi fecerimus, Patria haud vexatio restat,

Sed miser interitus certè fatumq; supremum.

Iustus enim Dominus, qui cottidieq; minatur

Pl. 7. vs. 11. Sitq; nisi impietas hominum correctâ subinde

seqq. Jam gladios acuit, jam jam sua tela paravit

Atq; venenato tinxit sua spicula felle,

Funditus ut tandem percat mala & impia turba.

Hac itâ pramisi nostris, ne prima deessent,

Unde ortum traxere suum mala nostra secuta

Nunc redeo ad caëptum. Beckerus, primus in urbe

Primâs militiæ, lytron sibi postulat ingens,

Mille thalerorum quater. Hoc cum nactus is esset

Post totidem Baro de Suys Dux, totidem & Monachus Dux

Poscunt: Marchesius de grana sive Caretto

Mille requirebat: Custodia cessa quòd esset

Urbis ei: Altringus non es poscebat, ut illi,

Sed Fridlandi ex permissu capit omnia, quæ tunc

Hostis ob adventum, simul & ne perdita cuncta

Essent, sed tutò conservarentur, in Aulâ

Deposita atq; recondita erant |preciosa virorum

Et scemellarum, æra, numismata, pocla, catenæ}

as,

Resq;



Atq; alia è gemmis, auro, argentoq; parata.

Non infra unius tonna auri fortè parat.

Quin nec privatam spoliū per tecta, per agros,

Nec pressuræ aliæ, nec onus grave contribuendi

In commune, Gregi Martis cessabat; Et inde

Extenuabantur pariter res divitis atq;

Pauperis, Et sic ut solvi nec summa Baronis,

Nec reliquorum etiam fuerit potis: acriter usq; Et

Quam sanctè admoniti cives, proceresq; rogati.

Terminus, Octobris lux quarta, est ultimus. At cum

Es non in promptu est, tunc tres ex ordine nostro,

Quattuor ex Scabinis, causarumq; Patronis,

Atq; Senatores, nec non ex ordine, quædam,

Fœmellarum extemplo in Curia adesse iubentur;

Vespere jam sero: post ista nocte ligantur

Arresti duri vinclo: Sed mane sequenti,

Nempe die quinta Octobris, Schluisbergius ille

Cæsareus tunc Legatus, conscripta legebat

Nomina quorundam ex nobis, grex Obsidum ut esset:

Quos etiam à reliquis removens statione seorsim

Collocat. At numerum haud curantes Marchesiani

Ut furia, haud scriptos cum scriptis scandere currus

Adq; iter impellunt, scripto non nemine omisso.

Pectus adhuc dolet, Et tædet seniiq; statusq;

Tantos contemptus audire, atq; aspera verba!

Heu dolor, à teneris Natis cum conjuge Matre

Abripi, Et obtorto quasi collo extrudier ambos!

Natorum miseros questus audire, Et eosdem

Pugnis atq; minis reprimi, spectare sequentes!

Res miseranda nimis! Num sic offertis honorem

Obsidibus vestris? Quo jure aut legibus hoc fas?

Nil monuisse juvat: Captivi abducimur urbes

At  
Valorem

4. Octob.

Dux

5. Octob.

Nempe

Resq;

*Nempe Virum bis sex atq; unus, tum Mulierum  
Quattuor, ut serie tibi sunt hæc nomina eorum:*

Dn. Ernestus Fomannus UID. Cancellarius  
Johannes Bechstadius UID. Consiliarius  
Johannes Schadius UID. Consiliarius  
Petrus Leopoldus UID. Scabin. Sen.  
Bonav. **Gawer** UID. Nob. Franc. Advoc.  
Johannes Christian **Scherer** UID. Scabinus  
Josua Majus UID. Scabinus  
Stephanus Hörnerus UID. Scabinus  
Bonaventura **Breithaupt** Consul Cob.  
Georgius **Espacher** Senator  
Fridericus **Felder** Senator  
Johannes **Börkel** Senator  
Casparus **Stuhrschütz** Senator  
Ursula Dn. Ordin. Cob. Joh. Jac. Draconis uxor  
Maria prædicti D. Bechstadii uxor  
Susanna Dn. Philippi **Seidenbecheri** Diac. uxor  
Sophia Dn. Andr. **Stemmer**, Consulis uxor.

*At quanam ratio, quod nos elegerit Hostis  
Ante alios fuerit, varia est sententia: Certa est  
Hæc: Tantum nobis illum tribuisse favoris  
Principis & Populi, ut vel plurima solvere maline  
Millia, quam miseros captos sic relinquere vinclis,  
Atq; Magistratus titulis quos condecorare  
Non veriti fuerint: quin sollicitando Maritos  
Usq; Maritorum causam conamine summo  
Pertentaturos, libertas donec adeptæ.  
Hæc hostis ratio fuit, at magis ardua restat*

*Numinis*

Numinis aeterni, quæ primum abscondita nobis,  
At post eventum falsoque haud lumine claret.

Peccati ut pœnam nemo vim sustinet isthanc  
Immeritò nostrum: sed quo quis id adferet ore  
Nos solos culpâ hanc nostrâ meruisse? Redemptor.

Quos turris Siloæ necuit collapsa ruendo  
Non solos peccasse, inquit; nihil est minus ipsi  
Intereunt soli: reprobis calcaria ut addant  
Exemplo, ut mutent vitam ac resipiscere discant.

Interea Superum jussa haud temnenda cuiquam,  
Et si Christus ait: Tu me jam Petre sequaris;  
Ire detet Petrum, nec succensere Joanni,

Quod maneat: quia tunc tempus, quò Petrus amorem  
Testificetur, et obsequium, sine murmure, Christo:  
Tempus erit tandem quo jussus est ire Joannes  
Obsequium Domino præstet. Sed ritè vocamur

Si vis nos adigat parere, aut jussus eorum  
Queis parere decet meritò; Specialior adsit  
Maximè ubi ratio. Procul at generalior absit:  
Cum semper generi species longè anteferenda.

At quàm falsa hæc est, quæ tentat opinio quosdam  
Autores ipsos sortis nos esse fabrosque  
Nostræ; de nostris dum nil conferre petita  
Summa mens fuerit, nos nilque aut pauca dedisse.

Si verum hoc, certè species, quod est ipse faterer,  
Turpis avaritia, nec publica ritè fuissent  
Cordi vel curæ. Sed res certè ipsa loquetur  
Et Collectorum manualia scripta probabunt,

Quæ literatorum, qui post educimur urbe  
Præ reliquis fuerit largitio, mensque benigna!  
Gloria vana absit; de me loquar ipse, coactus:  
Forsthan exemplo, preciosis omnibus Arce

Lucc. 13.  
v. 3.

Ioh. c. ult.  
v. 21.

Privatus, praeo promens penè ipsa minuta,  
Quin alios aperire manus, quoq; adhortor & oro.  
Ultra haec quid quimus? Cesset lingua aspera tandem.  
Quid post? Urgemur. Petri at vestigia & ipsi,  
Dum Christum hic sequimur, premimus. Non perplacet ire:  
Inviti at rapimur. Primi cum Coniuge Coniunx  
Servorum in manibus, praecuntibus hisce sequuntur  
Et reliqui ad currus, denis qui vix capiendis  
Sufficiunt. Jam proVecti valedicimus Urbi  
Cum genitu & lachrymis. Cives, queis cognita non res,  
Hoc mirabantur, queis nota est, collachrymantes  
Ad caelum palmas tendunt: vis auxiliandi  
At nulla est miseris. Imus: cum non procul urbe  
Absumus, ex Comitum generosa stirpe creatus  
Quidam, Faemellas primum suavi ore salutat,  
Postea querendo, mordaci hoc scommate ludit:  
Annè velint recreandi animo expatiarier, & quò?  
Hinc alios nostrum accedit, Dominoq; vocando  
Abducti cur sint si quem fortasse lateret,  
Hanc causam exponit: Maetatis Caesareanis  
(Vulnera quos propter, fuerit fas, urbe relinqui)  
Nos Coburgenses ut sic maetemur & ipsi.

Tristia sat nobis haec nuncia tristibus antè,  
Accumulantq; novas curas, mortisq; periculum,  
Dum non ignari sumus ut peregrinus in arce,  
Erga Hostes odio sit, Miles, & ardeat irâ.  
Faemellis tamen attonitis spes additur ista:  
Nil metuendum illis de his, aut mala caetera noxae:  
At Maribus tantum. Nobis hac nocte manendum.

Almoesh In stabulo hedorum villa, quae dicitur Almoesh /  
Friesen Absq; cibo & potu. Cum Frisam luce sequente  
6. Octob. Venimus, in cellam frigentes ducimur, arcis

Stras-

Straminibus vacuum, fuerat quibus ante repleta.

Mox & Marchesiani adsunt jussuq; Dynastæ

Fantur: nos ejus captivos esse, nisi intra

Binas hebdomades, decies bis mille thaleri

Solvantur, nobis non tantum castra sequenda

Sed quoq; tractatum planè serviliter iri.

Heu nimium posci, querimur, totumq; Ducatum

Sufficere haud tantæ summæ; sumus atq; parati,

Aut scribendo, aut mittendo, ista referre, Coburgum.

Non licet hoc nobis, manet at sententia firma,

Aut promittendum jam, vel mox dura ferenda.

Sollicitè petimus veniam atq; priora; recusat

Marchesius spiratq; minas: Nil proficimus nos.

Fortius urgebat responsum, fortius urgent

Perq; vices famuli, minitatio crebra: cadit nox.

At qualis nobis, tantus queis pectoris angor.

Cras Sclopetariis, Fridlandi ad castra sequenda,

Septi, iter ingredimur. Citò adest Schluisbergius ille

Atq; Coloretti fert jussum, nosq; Cronachum

Promovet edicens: hic nobis esse manendum

Donec solvantur junctim ter mille thaleri.

Spes hinc afflictis melior, gratesq; Jehovæ

Offerimus lati. Sed quàm citò nuncia leta

Tristibus involvi poterunt? Capiantibus escam

Mandatum Coloretti aliud fert: nos simul omnes

Esse redutendos, Fridlandi ubi castra locata.

Audit his lingua, auresq; oculiq; stupefcunt,

Pectus & attonitum est: sequimur tamen obsequiosi

Excubias nostras obscurâ nocte Croatos.

Postera lux tristes defert fessosq; Brisecum

A quo castra Ducis Fridlandi haud dissita longè.

Ludibrio ut cunctis sumus, sursum atq; deorsum

8. Octob.

Cronach

9. Octob.

Brisack

Duci

Stras-

Ducimur in campo: juxta tentoria & ejus  
Tendimus hinc Hoffen sed propter frigora, lapsae  
Atq; Caballorum vires non pergit eò usq;  
Progressus, datur at nobis succedere agresti  
Bawrhoff Villa non inopis Domini certissime, at omni  
Exuta victu, tum possessoribus absq;  
Omnia sed licet hic confracta & dilacerata  
Militis atrocis manibus, pedibusq; malignis  
Conculcata; mihi tamen inviolabile mansit  
Psalterium inventum linguâ ex-Germanica-aratum.  
Philosopho εὐρηκα est gratum: mihi gratius illo est.  
Imò quo simul inventa est sapientia summa  
Quaeq; fores caeli pandit dat opesq; salutis!  
Certè hinc tristitia nostrae quoq; prima medela,  
Deq; favore Dei melius sperare jubemur  
Ejus & auxilium praesens magis indè probamus.  
O Jova bonitas quàm nullo tempore cessas!  
At ne quid damni Dominus prior inde capessat,  
Quam primùm de hominis seu villae nomine constet  
Fœnore cum duplici, quæ sunt assumpta, rependam.

10. Oct.

Hartmanns-  
reut.

Octobris decimâ in pagum, qui distat ab Hoffen  
Non procul, Hartmannsreut, (quod non caret omine nomen)  
Deferimur, statio & nobis haud Obside digna est,  
Scilicet angustum tectum, miserumq; Bubulci.  
Temporis huc parvi spacio de Marchesianis  
Tres veniunt nos & satis impuro ore salutant:  
Post Domini Edicto decies ter mille superq;  
Millia quinq; Thalerorum poscunt numerari,  
Ternis hebdomadis, iisdem pœnisq; minisq;  
Quæis summa illa prior dicta est. Quin insuper addit  
Excoriasse Coburgenses de Cesareanis  
Militibus quosdam, sic nos esse excoriandos.

Exci-

Excipimus, duplicamus, quadruplicamus, & ultra:  
Nil juvat hic quidquam. Tandem datur obtinuisse  
Ex nobis binos hinc ablegare Coburgum,  
Omnia ut haec referant, moneant, rem promoveantque  
Temporis & dicto spacio redeant sine fraude  
Marchio de Grana vocat hos, sed mittere cessat,  
Donec subscribant, quae tunc praescripta tenebat  
Dextrâ; quae fuerant haec: Nos numero simul omnes  
Sanctè & sub poenâ promittere, id omne solutum  
Es.iri, spatium praedicti temporis intra.  
Imò minis gravibus tandem (vix barbula tuta est)  
Nolentesque ac invitos subscribere cogit.  
Disimile haud nobis post mœnia contigit urbis  
Plauensis; statio est ubi nostra angustum hypocaustum,  
Aegrè quod recipit stantes, & lumina fumo  
Perpetuo lachrymare facit, satis ante gementi.  
Hic quoque Marchesiani adsunt, subscriptaque nostris  
Nominibus firmare jubent mandantque severo  
Praecepto & jussu Domini: Subscribere eisdem  
Jure recusantes, quae sint mutanda monemus,  
Et quae subjicienda forent. Sed proficimus nil.  
Urgent. Nos: haud fas; non possumus, antè ferenda  
Quae Princeps in nos statuatur. Magis acriter instant,  
Iras, flagra, famem, tabemque, necemque minando.  
Attoniti sumus: heu non fas sic cogier! at qui  
Cogimur, ac illis permittitur ire Coburgum  
Binis; at non sunt imitati Emahuntem abeuntes.  
Postridie juxta, nocturno tempore, Milaw  
Pernoctare datur nobis: sed luce sequente  
Quae decima & quarta Octobris, post mœnia visa  
Urbis Zuvickavij, Miles requiescit in urbe,  
Liechtenstein quae dicta: ubi nos quoque nocte moramur

D. I. Chr.  
Scherer.  
Fr. Felder.

12. Octo.  
Plawen.

13. Octo.  
Milaw.

14. 15. 16.  
Octobr.  
Lichtstein.

Prate.

Excipi-

Prætereaq; dies binos. Quæ causa? latet nos.  
Hic Cereris liquor, est panis, sunt stramina pura,  
Tum non angustum, calidum & satis est hypocaustum,  
Sicq; bonum Hospitium. Domino sit gratia dantis.

17. Octo. Postera lux offert Glaucham, nox frigida Gersperg /

Gersperg Octobris bis quartus erat decimusq; dierum

Et vespertinas sol conduplicaverat umbras,

In pagum quendam, cum nos divertimus Eulen

Dictum: ubi Pastoris succedimus edibus: absens

At sacer Hospes erat: dubio procul inde fugatus

Militis adventu, qui nos præcesserat isthic:

Scrisperat hic abiens, post mensam in pariete rythmos:

Lieber Soldat brenne nicht

Die Asche hilfft weder mich noch dich.

Korn/Wein/Gerst/Haffer/Hew/vnd Strew/  
Gebrauch recht / daß Gott mit dir sey.

Annè his contentus fuerit modò Miles, eisq;

Recte usus, dubium est: Certè confracta & aperta

Quæ clausa esse solent aliàs, conspeximus illic

Conclavi in nostro: Nobis ne, fortè, profectis

Vulcanus latè grassans absumat & hasce

Ædiculas, omnes devotâ mente precamur.

19. Octo. Hinc proficiscimur in pagum (fallornisi) Kleinbar

Kleinbar Quo cum Marchiacis pariter conjungimur uno

Limine, captivis, hypocaustum ac omnibus unum est.

Quæris qui fuerint? Teneas hic nomina eorum

Nobiles

Albrecht von Lichaw Fürstl. Brandeb. Stadthalter  
zu Bayreuth

Zobst



Jobst Bernhard von Kindsbergk 2c. Hans Sig-  
mund Bortner 2c. Hans Melchior vō Blassenburg.  
Hans Wolff von Bertelshofen 2c. Hans Meidhart  
von Gleissenthal 2c. Wolff Abmus von Sparn-  
bergk. Hans Carl Lamminger.

pa.

Ordinis Ecclesiastici.

Herz Johann Stumpff Theol. D. Superintend. Bei-  
reuthensis. M. Zacharias Seudelius. M. VVolfg. Mau-  
rerr. M. Johannes Teubelius &c. Tres Diaconi Bei-  
reuthenses.

Alii

Balkar Marz. Marggräfischer Brand. Haußvogt.  
Lorenz Fagimont. al. Buchenbühl Inspector. Lorenz  
Sawerzapff Gastner. Johann Sambstag Consul.  
Johann Ebert Consul. Johann Altman. Christoph  
Bohner. Johann Todschinder. Jörg Hagen. Jo-  
hann Deuerling. Hans Hoffmann.

Omnes Beireuthenses.

20. Octo.  
Grimme.

*Octobris vigesima erat, transimus ut urbem  
Grimme / & per pontem, qui præterlabitur, amnem  
Moldam. Mens tunc Lipsiacis, procul arma metumq;  
Esse à sese hostis; cum recto tramite Torgam  
Ire videretur: Quam causam propter & illuc,  
Fama ut erat, centena aliquot misere Dragonum  
Civibus auxilium ut præstent. Nos & quoq; eodem  
Pergimus, inq; viâ nobis urbs parva subitur,  
Miles nbi invadens vi publica tecta coquenda  
Potifera Cereris, vasisq; quibuslibet haurit,  
Vix tepidumq; inhiante ingurgitat ore, liquorem*

D

Non

thalt  
Jobst

Nonnihil & secum asportat : meliore fruuntur  
 Sorte Equitum quidam, qui tūm cum prodita res sit  
 Ante, pavimento subfossō in curiā ibidem,  
 Bis quater inveniunt, subter, millena thalerūm.  
 Atq; impunè ferunt. Sed quo sit nomine dicta  
 Hæc urbs, non audire licet vel sepè roganti.  
 Mappa Geographica, regionem circiter istam,  
 Tabla, dat. Merzichen : fors hic locus ille notandus.

Tempore post pauco constat nos flectere cursum  
 Ad latus, & fluvio prædicto iterum propiores  
 Esse : rates non sunt ; Equites at quinq; vadabant,  
 Flumen equis satis & tutum pervadere discunt,  
 Atq; vadum monstrant, sed tutum haud curribus equè.  
 Junctus erat nostris hoc ipso mane Caballus  
 Vectura & loris nondum adsuefactus, is undas  
 Quâ rapidae sunt parte magis, flumenq; sat altum  
 Conversus sequitur : Clamant in litore stantes :  
 Ad dextram, ad dextram : currum, quâ parte levare  
 Sentimus, nos innixi citò mole gravamus  
 Intrâ atq; exterius, quantum vis nostra valebat,  
 Donec equus loris monitisq; obtemperat errans,  
 Atq; ope divinâ nos his evasimus undis.

Jam renovatur iter, quod desertum ante putatur.

Bonawig. Venimus in pagum Bonawig / jam vespere sero,  
 Et cum nox medium bigis subvecta tenebat  
 Cælum, pergentes cum sole appellimus oras  
 21. Octo. Lipsenses. Visa urbs : mora non est longa, cohortes  
 Leipzig. Accedunt illam propius : Mars impiger arce  
 Fulmina tormentis emittit, & undiq; cives  
 Mœnibus accurrunt, pugnantq; exinde fideles.  
 Extrâ Sclopigeri post cœmeteria asylum  
 Et latebras captant, globulis quoscunq; petentes

Emuris

Emuris qui prospiciunt & perdere tentant.

Ast vaga turba Croatorum, camposq; viasq;  
Circum equitant intenti, ut succurrentibus urbi  
Omnes praecludant aditus, & acinace & igni,  
(Quo Marte ante alios celebres) vastentq; necentq;  
Rumor erat jam tormentis rem serio agendam  
Fridlandi è castris: sed post fama orta sonabat:  
Jam de pace agier, tum deditioe futurâ  
Urbis, qua tandem facta est: & Milite nostro  
Invito. Heu quam millenis ferus intonat! heu quam  
Vulnera sacra Dei, & sacra Sacramenta profanat!  
Dedita nunc urbs est, sed adhuc fera fulmina & ignes  
Castello emittunt, portasq; aperire recusant.

Quando cadendo umbras Titan triplicabat, ad urbem. hom 3. pom.

Curribus à villâ Beusdorff deducimur intra  
Umbriferas salices, altis loca consita & alnis.  
Inde sinistrorsum, locus est ubi suppliciorum,  
Curvata in formâ lunæ veetamur ad arcem  
Versus, perq; hortum, sat amœnum astate, suburbij  
Tecta subire licet. Verum quam plena periculis  
Hæc fuit ambages? Cum vix transivimus oras  
Supplicij, crepitus bombarda audimus, & ignes  
Cernimus in muris urbis, quæ fulgura Martis.  
In nos hæc nostrum quidam directa putabant:  
Ast aliis mens hic alia, & tantummodo sclopiis  
Rem peragi è muris credunt, salviq; putamur;  
Sat procul à nobis cum sint hi fulminis ictus.  
Fortior est crepitus, tormenti exindè minoris  
Ictus colligitur: crescit formido. Repentè  
In forma magni pomi globus advolat; ecce,  
Sibilo is horrifico trans currus fertur, humumq;  
Perforat. Exoritur clamor, curruq; relicto  
Quilibet in campo discurrens querit asylum.

Non satis effari possum, confusio quæ tunc  
Inter nos fuerit, quæ consternatio mentis,  
Quam miser atq; frequens questus timida mulieris!  
Resq; adeo tunc pejor erat: Castellum adeundum,  
Quo propius: namq; inde magis tormenta tonabant.

Non alia est via nec medium. Post vota precesq;  
Me solabatur: quod non sit moris inermes  
Perdere, cum sint armati, queis perdere mens sit;  
Et quod, quò propior, magè sit fallacior ietus,  
Tormenti ex alto positi, transcendat & ultra.  
Hæc ita dum meditor mecum citò fulgur ab arce,  
Atq; susurrantem quo nescio pondere spheram  
Audio, nos campo rectà super ire meantes.  
O bone Christe tuo auxilio hunc quoq; fugimus ietum;  
Perq; hortum dictum reclusa suburbia nobis.  
Hospitium angustum est, vacuatum, & fortè malignâ  
Peste: Horrere facit. Vicini hoc, ante caminum,  
Vespere, tormento Famulus perit: Alterâ obortâ  
22. Octo. Luce globus tectum nostrum ferit unus & alter.  
Unguem si latum canna hæc demissa fuisset  
Tantum & dextrorsum directâ, haud absq; periculo  
Fulminis istius nostrum conclave fuisset.  
Paulo post jussu nobis migrantibus illinc,  
Ast illac quâ intrare datum est modò, nempe per hortum  
Vix vacuo hospitio tormentum detonat in nos  
E Castello aliud, sonitumq; per æra spargit;  
Nilq; minus repetenda via est, tam plena periculo  
Quæ fuerat nobis. Domino auxiliante sed illam  
Egredimur salvi, tormento haud amplius ullo  
Disploso in nosmet: Quod erat tua gratia Numen  
Daucha Tendimus hinc Daucham, nostrum tribus urbe relictis  
Lipsiaca, nostro sic permittente Dynastâ

Auxilio

Auxilio ut Mercatoris fortasse reperti  
Causam promoveant eris, summae & solvenda.  
Vespere nos Daucham ingressi succedimus arci,  
Estque satis gratum conclave: sed absque calore,  
Militis indomiti rabie fornace patente.

Mane sequente abiturum post nostrum urbs subdita flammis 23. Octo.  
Magna ex parte perit. Cum nigra crepuscula noctis  
Adsunt Eulenbergum intramus, tectoque locamur  
Pellio quod Martem fugiens reliquerat, & quod  
Cuncta peculij ergo Miles scrutando, psilothri  
Cupamque exquirens, totum fetore maligno  
Et tetro implerat: custos quem noster & ipse  
Exhorrens studet incenso displodere nitro.  
Hic Cereris liquor usque frequens, cellaque redundant  
Milite Pincernam tandem, qui vasa recludit.  
Heu rerum utilium semper damnabilem abusum!

Hinc ubi, ceu fertur, Torgam contendimus, ecce  
Duplaris quidam nec non veteranus adit nos  
Arrestis causam quaerens: quam cognitam orante  
Nos jubet esse animo, pariterque orare fideles,  
Hoc addens: Dominum nunquam repulisse precantem  
Se in dubiis rebus, sed opem auxiliumque tulisse,  
Sicque repulsurum nec nos illum esse rogatum.  
Certe inter vivas voces haec prima supernae  
Nos monuisse videbatur, virtuteque Divum  
Firmasse. At quis Petrus ibi, quis Corneliusque?  
Gratia sit Domino fidei & solaminis omnis.

Venimus in pagum (N.) sed noctu fama Svecorum  
Nos revocat nuper, quam transibamus ad oras  
Lipsenses. Octobris erat vigesima sexta  
Cum villam Bausdorff contingit adire profectis  
Hic quoque nobiscum captivi Beierithenses

25. Octo.

26. Octo.  
Bausdorff.

D 3

Noctes

Auxilio

9. Octo. Noctes quinque moramur ibi: cum quarta subintrat,  
Adsunt Marchesii, cum Quaesito, Ministri;  
Præcedit Prætor, sic compellatque verendum  
Stumpffium & eximium Praeconem, areaque sacrate  
Præfectum Buchebuhl dictum: Satis usque requiri  
Beurithense λύγειν, spacio & sat temporis amplo  
Concesso; nunc signa moræ prensare dolosæ  
Marchesium, jussumque ejus, citò compede binos  
Primatum stringi, reliqui ut magis solliciti sint  
Æsurgere. Nihil juvat hic opponere jura,  
Aut iterare preces: adjussum Licitor adortos  
Et manicis dextras, & compede crura ligatos  
In stabulum abducit; quo carcere eò usque tenentur  
Donec iter cæptum nobis est continuandum.

Heu tantam pietate virum donisque celebrem  
Tantam ignominiam vexari, & frigore tanto  
In stabulo insontem? Certè hic es religionis  
Expertus sinceræ odium & primordia fati  
Nactus! Quod tandem te vix visente Penates  
Ingruit, & reditus nova gaudia funere tollit.  
Salveto ô Martyr cæli: quomodo pulchra catenæ  
Ornamenta dabunt, ut nanciscare coronam  
Martyrii, Christi merito que parta, Fidelis.

Cæpit & hic morbus lethalis Flemmerianæ  
Ut fatum propius metuens, peccata verendo  
Deubelio Heinricho Mystæ sacro atque Ministro  
Ecclesiæ Beyreuthensis (qui captus & ipse  
Tunc aderat λύγειν propter cum Fratibus Jore  
Pectoris & linguæ fuerit confessa & adepta  
Leta Evangelij solamina, labe remotam.

31. Octo. Octobris cum lux instat trigesima prima  
Solvimus, & noctu pagum Esch aut Trube tenemus.

Porrò

Porrò sequente die, fuerat quæ prima Novembris;  
Nos summo mane in tenebris proficiscimur, atq;  
Vertimur everso curru, mihi pesq; sinister  
Leditur oppressus, binis ut mensibus agrè,  
Applicitis mediis, fuerit medicabilis æger.  
Heu quàm sèpè metus præsens, quàm sèpè periculum  
Aut undis humectatum, vel frigore sevo,  
Aut motu vehemente sacro tentarier igni,  
Aut inflammatum totum exanimarier astu!  
At summi Archiatri, cui grates, cura juvabat.

1. Novemb.

Fervet iter cæptum prætervecti sumus urbem  
Lutzam ( conflictu jam sat celebrem atq; notandam )

Lützen.

In pagum Greußtein tendentes: unde profecti  
In pagum Meyen dictum. Tunc quarta Novembris

4. Novemb.

Est: cum quinta cadit monitis sub tempore cæna  
Instituendum iter est retrò. Nam fama Svecorum  
Nunciat adventum certum, & res ipsa probabat.

5. Novemb.

Non mora: maturatur iter, noctuq; moramur  
In saltu haud longè Lutzensi distito ab ora  
Frigus erat densum, sed erat quoq; copia magna  
Lignorum fluviatilium: Hinc mox impiger ignes  
Atq; focos, pellenda ad frigora, Miles adornat.

Manè, priusquam Sol oritur, proficiscimur indè  
Vixq; horæ spacio Lutzâ distamus ab urbe.

Sexta Novembris erat tunc lux, atq; hora novena

6. Novemb.

Manè, osioq; dato cunctis cessatur eundo,  
Randvous appellare solent, ubi editq; bibitq;  
Qui quid habet. Nos nil capimus, nihil atq; tenemus.

Metantur castrum Rex & Fridlandus utroq;  
Ex urbis latere: urbs media est: jam flagrat ubiq;

Currus castrenses subito statione remoti,  
Atq; simul nostri ad dextram post castra, locantur.

Vecton

Porrò

Vectoris cursor, casu quo nescio, lapsus  
Contritusq; rotis, miserè exanimatur in agro.  
Jam tormenta sonant, reboantq; immane per auras  
Pulsu fulmineo: in castris concurritur armis,  
Et bombardarum globuli, referente fideli,  
Agminibus densis volitant, stragesq; cruenta,  
Fit modò in his castris, hominum, modò sevit in illis.  
Interea nos plaustra inter currusq; silemus,  
Et pugnae finem letum optatumq; precamur.  
Lapsa est hora, vagus rumor defertur ad aures:  
Caesareos fugere: En turba! Tunc alba columba  
Advolat ad currum velut ingressura, sed infra  
Se recipit, nostrum, tandemq; petita recedit.  
Continuò se disjiciunt bigae atq; quadrigae, &  
Quisq; cupit fugiendo prior non ultimus esse.  
Festinant currus, pilenta, pecorita, rheda, &  
Ne quid praepediat, vacuantur plaustra rapinis  
Linteolis, vasis, lectis, potuq; ciboq;  
Vestibus atq; armis, frumento, stramine, avena;  
Nec pecudum aut pecorum cura est: Matresq; nefanda  
Natos abjiciunt teneros: quin ipsemet unum  
Audio clamantem, terrâ vidiq; sedentem,  
At mihi non locus est dextrâ auxiliante juvandi.  
Imò alios alij viderunt flumine volui:  
Filiolam pater impatiens tunc calce repressit,  
Ut caput ad salicem, sed casu, allisa repente  
Mortua deciderit! Deus ô miserere! Misertus  
Ah quoties nostri est Dominus miserator! Id unum  
Jam referant: Dum sic fugimus curruq; tenerur,  
Ecce Croatorum quidam, qui à Marte fugati,  
Nos sectabantur, rhedasq; & plaustra referta  
Thesauris, ferro recludunt exspoliantq;.

Hos



Hos inter tres nos adeunt: prior acris & audax  
Bombardam & ferrum manibus fert: clamito: parce;  
Parcite, captivi sumus. Hoc ex Marchesianis,  
Qui tunc casu aderat (cur non divinitus?) audit,  
Et predatores prohibet. Tua dextera magna  
O Deus hic quoque erat. Post hæc ruptura videtur  
Audiri currus nostri: formido periculum,  
Nec fuga concedit medium vitarier illud.  
Jam trans infidum nobis est flumen eundum,  
In quo mersus erat currus: formido periculum:  
At salvi egredimur. Vix hoc, disrumpitur ecce  
In partes currus noster: subsidimus omnes:  
Possumus haud ultra: querimur, sic esse relictos!  
En citò & huc prior ille venit de Marchesianis,  
Et vacuum præbet currum, quem Auriga solutis  
Quadrigis fugiendo reliquerat: huncce jubemur  
Scandere. Sic Dominos vectos facit ire, relictos,  
Currus, & qui currum hunc, vecti tenuere priores,  
Ire jubet pedites, quos claudos dixeris antè,  
Inque metu mortis scit conservare benignè.  
O quam mirificè sanctos, Deus optime, ducis!  
Ducimur adest hoc sex, quatuor vix antè ferente:  
Jamque iterum nobis trans flumen latius illo  
Migrandum est, & ubi tot currus plaustraque in undis  
Hærebant, recta atque eversa! aderatque periculum  
Ne nobis contingat idem. Vix litore lieto  
Tangunt nos undæ intrantes, currusque tenetur,  
Nilque valet conatus equi. Muliercula juxta  
Adclamat: dolor heu; currus rumpetur & iste!  
Respicio & video currus plaustrique latentem  
Nexum, qui retroductu atque petendo sinistram,  
Solvitur. Hæc vice jam nos gratia diva secundâ

Hos

E

Liberat



Liberat ex undis validis! Sub vespere multo  
Rectè audimus adhuc tormenta tonare, remoti,  
In castris utrisq; simul. Jam nocte madentes,  
Frigentes, tremuli, defessi, atq; esurientes  
Sceuditz. Tangimus arva urbis Sceuditz, nec Marchesianus  
Noster adest, nemoq; alius nos advocat intrò.  
Ergò foris nobis hac totà nocte manendum,  
Absq; igni, absq; cibo, sine lecto, stramine, avenâ.  
7. Nov. Summo manè aderat noster de Marchesianis,  
Leipzig. Nosq; facit secum deduci Lipsiam ad urbem.  
Ingressis nobis etiam feliciter adsunt,  
Concomitante Deo, fuga quos disjunxerat antè  
A nobis, referuntq; Dei miracula juvantis.  
Unus adhuc aberat. Certè pes ager & atas,  
Dicebam, sunt causa mora, citò & iste redibit.  
Qui nunc & rediit, salvus: Quod gratulor ipsi.  
Post conflictum etiam nobis exempta verendi  
Seidenbecheri Conjunx, rediitq; Coburgum  
Salva: modus mihi non constat. Date gloriam utriq;  
Jovæ, quod clemens ita vos eduxerit ambos.  
Intereâ haud nobis sunt adscribenda relictis  
Segnities, vanus timor, aut incuria mentis.  
Quos vult multa pati Dominus, multo auget amore,  
Et tandem in cœlis majori augebit honore.  
Colligimus victu vires, letamur & indè  
Quod spes fulgeret nobis, hâc urbe manendum,  
Et sub Præfecti curâ, vel Præsidis arcis.  
Nam satis usq; sequi pertædet Martia castra.  
Certè aliquid miseris erat hinc solaminis, at quid?  
Pallida cum Phœbe Phœbum fulgârat ab axe,  
Scandere mandatur currus: proficiscimur urbe,  
Antecunt Equitum turmæ, Peditesq; sequuntur:

pulgârat

Quandoq;

Quandoq̄ audimus quoq̄ tympana pulsa sonare  
Bellica, sed nobis crepitabant frigore dentes.

Quæ via? quo cursus noster? Gens invida Martis  
Nulli significat, donec sol orbe reducens  
Quadrigas medium tenuit, tunc arva tuemur  
Urbis Bornensis; nec longè pergimus ultra,  
Ecce fenestrato curru residens Fridlandus  
Præterit, haud dedignatus nos lumine recto,  
Marchio ceu noster; Metuo justissimus orbis  
Iudex obliquè ne tandem spectet eundem,  
Atq̄ suâ facie, crescente furore, repellat.

3. Nov.  
Born

Hocce die, atq̄ meo damno, diffidere disco  
Turma Equitum in campo, cui non grave cingere euntem  
Et spoliare, etiam procul haud absente Magistro.  
Non animadvertens de rectâ semitâ ab hoste,  
Abducor, rapior retrò, sternorq̄ supinus  
Inter equos: me captivum mox indico, sed nil  
Me juvat, abripitur lapsò mihi pileolus, mox  
Pallium & ex humeris trahitur: paucillulum at æris,  
Quod sub veste latet, loculo dum promere tentant,  
Me renuente, omninò & iniquum hoc esse querente,  
Prætervectus equo quidam tale audit, & ausis  
His cessare monet. Quod fit: retinent at adempta,

Vespera tunc venit: ad pagum diverto propinquum,  
Incido & in Croatos, qui me captare secundâ  
Tentabant vice, at auditum cum pace relinquunt.  
Tentabant vice, at auditum cum pace relinquunt.  
Sciscitor & quero nostros per rura, per agros  
Currus, quo tendant licet haud audire; vagantem  
Assequitur nova turba Equitum: tutamina fida  
Posco meam expediens sortem: sectarier illos

E 2

Iustus

andoq̄

B

Jussus confector, claudo pede: protinus isto  
Cum nequeo prodire modo, complector equinam  
Ambabus, caudam, manibus, nolensq; volensq;  
Per medium interdumfuturum trahor, usq; sequendo  
Ut modò sim tutus tenebrosâ nocte. Quid inde?  
Marchesii nostri, per rura, Vicarius ardens  
Advolat, inq; fugâ quasi me prændisset, iniquè  
Devovet heu diris me, tum scelus omne maligno  
Imputat ore mihi, multumq; haud absuit, ut tunc  
Bombardæ globulo, ceu post vir ipse fatetur,  
Me trajecisset. Certum hoc, Quasitor ubi isthic,  
Compedibus strictus, fugitivi more, fuisssem.  
Deferor ad currum spoliatus pallio, & absq;  
Pileolo, usq; gelu materor: tum fortè crematum  
Transimus pagum, qui nondum exarserat omnis:  
Quam gratus calor! ô utinam mihi nocte manendum hic!  
Non datur. Hinc in quadam sylva errando vagamur  
Donec defessis multâ sub nocte subire,  
Atq; tenere molam licitum est, Molitore carentem:  
Hic sanâ fornace ignes benè Miles adornat,  
Præteriti casus gravis atq; doloris acerbi  
Ut cuncti oblitus, later quod frigore pulso  
Atq; tremore oris, mihi pes & membra calecant.

9. Nov. Nona Novembris erat Chemnitz, cum accedimus urbem  
Chemnitiz, Vespere jam serò, sed non immittimur intrò  
Verum nocturno sub frigore longius ire  
Cogimur. Heu meritò querimur, rectissimè at illi,  
Qui infirmi madidivè pedes è flumine languent.

Jabolentz Pergimus, & tandem Jabolentz, ut villa vocatur  
10. 11. 12. Hospitium gratum est, ob causam nempe sequentem.  
Nov.

Marchesius noster scriptis persapè rogatus,  
In castris cum non datur ulla occasio tanti

a

Λύτγ

Autem solvendi, vel sollicitare Patronos,  
Cronachij, vel nisi forsitan placitum hoc sit, ut Egra  
Mansio sit nobis, donec precium omne solutum,  
Quod petat; at nunquam datur obtinuisse petatum.  
Quin minitabatur: si quis nostrum audeat ultra  
Tale rogare, quod extemplo sit fuste terendus.  
At quando sumus in Jabolentz, Dux ipsemet offert  
Conditionem abeundi Egram, spaciumq; paranda  
Summae definit. Caput hoc est principiumq;  
Unde et spes melior facta est, citò adesse laborum  
Nostrorum finem, pariter finemq; dolorum.

Tertia lux cum fulgeret decima atq; Novembris, 13. Nov.  
Deserimus Jabolentz, et recta tendimus Egram.

Hoc iter infelix est, et fatale seni illi  
Casparo Gluhrschühn / quem post nos liquimus, ante  
Oddram urbem fatis, quo casu nescio. Certè  
Integer et rectus mihi erat, pietatis amansq;  
In caelo est anima, Aldenburgi at corpus in urna.

Principio noctis portis succedimus urbis, Oddern.  
Quae sat pulchra fuit, jam nil nisi rudera adusta  
A Corpore, Duce Grabbatico: quem incendia passim  
Terribilem et celebrem faciunt. Transimus in arva  
Pressa gelu et nivibus, vix atq; paravimus ignes,  
Marchesius famulo misso nos advocat ad se.  
Certè agrè obsequimur. Venientes inde remittit  
In campos niveos, ubi dormitoria nobis  
Sunt rheda nostra: modò sint! vix lumine clauso,  
Exciti rapimur, rursusq; subire relicta  
Mœnia, et ingressi haec eadem citò linquere noctu  
Cogimur, et cum Marchesii, rursus rure locatis  
Plaustris vedilibus, simul et calonibus atris  
Conjungebamur; solis, ne occasio praesto

E 3

Sie

Sit fortasse, fuga, in tenebris, campove patente,  
 Hic malè vestitis frigere dabatur abundè  
 Nonnullisq; recordari juvenilia facta:  
 Tempore nocturno quoties tempère quietem  
 Expatiendo, vagandoq; & fecere sonantes  
 Hic ferro, hic cythara plateas, & mœnia turba  
 Musarum. Certe satis hic datur usq; vagandi in  
 Urbe, simul patulo & campo, resonare plateas,  
 Non strepitu tythara, crepitu sed dentis & oris  
 Frigore pulsati. Capias studiosa juvenus  
 Exemplum inde tibi, ut discas, etate senili,  
 Qua fervor juvenilis agit, quandoq; luenda.

At nec & hic mora longa datur: deducimur inde

14. Nov. Ante ortum solis: medium orbem istoq; tenente,  
 Srenburgè Freiburgum ingredimur, jejunis dentibus indè  
 In Fraunstad ferimur lassì, sub vespere primo,  
 Hic atri panis juvat ora famelica crustis

15. Nov. Exatiare. Aurora micat: jam sylva, vocant quam  
 Teutonicam, peragrabatur, superat à & eadem  
 Neustadium appulimus, pagi vix nomine dignum.  
 Non prece nec precio famidis hic ventribus esca  
 Aut ater saltem panis, precio duplicato  
 Offerrì poterat; quidam prohibemur & ipso,  
 Quem invida Militia sibi turba paraverat, igni.  
 Attamen & contra frigus præcordia munit  
 En destillatum vinum quod caupo ferebat.

Pergimus in sylvam, quæ sylva Bohemica dicta est,  
 Dimidiam & noctem illius sub fine moramur,  
 Donec Marchesii præter sint omnia vecta  
 Plaustra; Gelu indomitum sic tunc mihi corporis artus  
 Pervasit, certè ut me semianimem esse putarem.  
 Illis jam prætervectis, raptamur & ipsi

Præcipites

Præcipites nimium per lubrica saxa viarum,  
Ac montem non viginti stadiis breviorum.

Numinis hic certè nobis custodia præsens,  
Quod nec equos currus ductus remorâ absq; catena  
Obruerit fessos ( mirum ) vectosvè cadendo

Ad latus alterutrum, nos præcipitârit ab alto  
In vallem, miserè atq; simul dedit omnia pessum.

Quod Dominus cavit certè. Cum quarta sonaret  
Manè, foro in medio Duxat ( quæ nempe Bohemis

16. Nov.  
Duxat,

Quædam ex finitimis urbs ) stamus, & inde locamur  
Hospitio. Hic potus sat erat, sed deficiebant  
Panis: Consilium est hos sollicitare Senatum:

Quod caret haud fructu. Saturi cras pergimus ultra  
Transgressiq; Grolep, Sparitz, nihil ordinis hic est,

17. Nov.

Wotsch, Closterlozum, Lichtenstadium, Novirollam,  
Et Falckennauium exustum, tum Regiomontem

18. 19. Nov.

Deferimur, statioq; datur fidissima tecto  
Judicis urbani, cui natus Juris Alumnus.

20. Nov.

Hi miserescentes miserandæ conditionis  
Nostræ, nos recreant coctis & carnibus assis

Königs-  
berg.

Lucio & eximio: Bacchi cum munera desint  
Alma Ceres ridet, Bacchi indignante sorore.

Omnia compenset Dominus, servetq; benignè.  
Postera lux cum jam vigesima prima Novèbris

21. Nov  
Egra.

Instaret, veteris, muris succedimus Egræ,  
Hospitiumq; nigri sub signo, ut dicitur, urfi

Adsignabatur nobis: sat commodum & aptum,  
Non modò pro victus ratione, sed insuper hanc ob

Causam præcipuè, quod Biblia sacra, Lutherus  
Teutonicâ ut linguâ vertit, cedantur ad usum

Cottidiè, nec non Postilla domestica Mystæ.  
Hospitio quid quaeso deest, ubi pabula vita

Nec

cipites



Nec modò carnalis, sed spiritualis abundant!  
 Egra meos fratres docuit benè pingere litras,  
 Et junctos numeros artem tractare secundum,  
 Horum etiam fratrem docuit numerare: Quid autem?  
 Nempe dies nostros, momentaq; singula vita,  
 Qui sint distribuenda piis & rite locanda,  
 Ut sapiens vivas, sapiens moriaris & idem.  
 Qui docuisse dedisti, etiam des discere rectè.  
 Commoda cur statio hæc audistis: libera at haud est;  
 Namq; dies noctesq; simul stat Miles in armis  
 Pra foribus, nulliq; patent abitus aditusvè;  
 Quin & literulas vestras prius Officiali  
 Cesareo offerri, & si vult, quoq; perlegi oportet,  
 Quàm sint tradenda nobis: grave maximè at illud,  
 Marchesius, λίσσον, quod, non minuendo, subinde  
 Postulet antiquum, pariter durissima quæq;  
 Comminitans, nisi sit præstò; Legatus & ejus  
 Vrspreccus, nostris satiandus sumptibus Egra,  
 Acer & invigilans semper monitisq; minisq;  
 Urserit hoc ipsum, cunctis cum sumptibus æquè,  
 Marchesius nostri, quos, causa impenderit unquam.  
 17. Dec. Lugubre hospitium est: Flemmeri consulis uxor  
 Virtutis specimen, verà & pietate virago,  
 Ægrè equidem hoc non ingreditur mente, attamen ægra  
 Corpore; & indomito morbo crescente subindè,  
 Hic placidè in Domino expirat, requiescit & Egra.  
 Martyrij titulo digna est: martyrq; sepulta,  
 Campanæ absq; sono, cantusq;, ob religionem.  
 Nunc cum Christicolis cunctis letatur in axe  
 Martyrij expectans, Christo præbente, coronam.  
 26. Nov. Gèorgius Espachius, vir integer atq; Senator  
 Prudens tum patiens, non longè hanc antè præibat.

Nam



Nam cum dimissus gratis, parat ire Coburgum,  
Fortè apoplexiâ, Rörbachi, in Marchionatu,  
Decidit exanimis, nostrôq; est more sepultus  
In Scheredin. Fidus fuit hic pietatis Alumnus,  
Letitia in Cælo nunc est sanctissimus hæres.

Nunc ad propositum redeo, quod spectat ad omnes:  
Denas & quinq; hebdomades tenet Egras morantes.

Terminus hic triplex solvendi, aut ære parato,  
Litterulis vè datis, ubi sit per cambium id ipsum,  
Mercatore aliquo numerante, in tempore habendum.

Testantur, tot scripta, modis quot sollicitamus  
Consilium auxiliumq; simul: sed novimus ipsi  
Post tantas clades, perpeffaq; damna, Coburgo  
Hanc summam ingentem esse impossibilemq; solutu:  
Unica at est nobis spes, consolatio sasyllum  
In Domini auxilio mirabili & omnipotente:

Hoc nos solliciti precibus votisq; rogamus,  
Quæ Deus exaudit tandem, scriptisq; refertur:  
inter Saxonicos captivos esse Dynastas,  
Quæ si libertas data sit, spes optima ut esset,  
Continuò & nostram certam esse, iriq; secutum.

Nos spes ista diu recreat, tandemq; morando  
Addubitare facit, dum longo tempore ab illo  
Lapso, nil fando, scribendo, aut conijciendo  
Percipimus quod soletur, firmet vè priora.

Desperare prope est queisdam, ast alios melior spes  
Erigit eventusq; probat. Vigesima Jani

Lux est, tunc letum nobis benè personat aures  
Letum decretum Pragensè, Ducis Fridlandi:

Quod nostri arresti sint vincula dissoluenda  
Idq; Ducis magni precibus, medioq; probato  
Saxonice stirpis, BERNHARDI bellatoris.

Hoc demum exhilarat miseros! hæc nuncia leta,

F

Quæ

Anno 1633.  
ao. Januar.

Nam

Quae spem confirmant illam, canere atq; triumphum  
Nonnullos faciunt: Aliis tamen ambiguum quid,  
Nec satis explicitum decretum asserre videtur.  
Mens aut haec una est cunctis: praeconia laudis  
Et grates Domino devota mente ferendas,  
Atq; petendum itidem bonum opus quod caeperit, idem  
Perficere, in proprium, ne dedignetur, honorem.  
Hac melior sententia erat: spes certa magisq;  
Nunc est, quam prior illa. At Marchesianus, ut audit,  
Exhibiti legit decreti verba, eademq;  
Ad Dominum descripta refert, Rescriptaq; profert  
Hebdomadis aliquot lapsis, queis Marchio cuncta haec  
Decreti falsa esse, aut nos affingere falsum  
Sensum illis statuens, tandem minitando profatur:  
Nos haud laxandos, imò squaloribus atri  
Carceris inclusos torquendos & cruciandos  
Berrecten Vel necis ad tractum per mortua corpora rectum,  
Donec ad extremum numum sit summa soluta.  
Adjicitur quoq; parendi spacium nimis arctum  
Angustumq;. Animus dubitat, spes caepaq; languet,  
Imò vacillantem paulò post eximit omnem,  
Dum modò defunctum referunt Comitem Harracensem,  
In quo spes nostra harebat: modò liberum eundem  
Praga obversari passim; precioq; redemptos  
Et Furggatz atq; Haslangum. Quid consilij nunc,  
Quidvè spei miseris superest? En unica restat  
Haec: quod apud Dominum permulta redemptio semper.  
Si non hoc medium est, aliud fortasse placebit,  
Et quando venit hora ejus, mora nulla juvandi est.  
Hac spe suffulti medium omne, precando, rogando,  
Scribendo, atq; hortando simul tentamus, opemq;  
Certam expectamus, donec jam terminus instat  
Ultimus, atq; dies quam non transcendere fas est,

Ut sanctè affirmat Legatus Marchesianus.

Nona erat hæc mensis Martis, cras est abeundum.

9. Martij.

Fautores nobis adsunt sexus utriusq;  
Quiq; dolendo statum nostrum miserum, & miserendo  
Nostram inhibere viam tentant, obstacula parantes;  
Advenit & Pragâ qui nuncia leta ferebat,  
Attamen absq; fide certa: certè redimendos  
Nos esse arresti vinculis. Rumusculus inde  
Exoritur passim: nobisq; est causa querendâ  
Hinc major, sic festinarier usq; abeundo,  
Atq; iter unius spacio differre diei  
Obnixè petimus, contendimus atq; precamur.  
At nihil obtinuisse datur, postremaq; vox est  
Nostrî: Dicta dies; dicta hora diei: abeundum est.

Horreo & extemplò frigus mihi pectoris imò  
Pertentat, mentisq; vigor præcordia linquit,  
Dum repeto mecum tot fulmina sæva, mirantis  
Marchesii in scriptis, ejusq; Vicarij in urbe!  
Nec certè vanus timor hic! Satis ante superq;  
Cum nobis sit nota horum vis atq; potestas,  
Inq; alios miseros exercita sæpè tyrannis,  
Captivos. O væ nobis si longius isthinc  
Abstrahimur! Fors infidas agitamus ad oras  
Australes! certè nunquam datur inde regressus.  
Nonnè satis, miseros duro afflixisse labore,  
Nempe fame, stimulante siti, tum frigore sævo  
Tempore nocturno vexasse, simulq; diurno,  
Absq; morâ & curâ gemitus, fletusq; precumq;  
Atq; senectutis, morbi infestantis, & absq;  
Ullo respectu, ceu fas, sexus muliebris?  
Forsitan haud modius tuus est satis usq; repletus,  
Ut tandem gravius furat indignatio & ira  
Numinis æterni, stygio quod vindicat igni!

At quàm res gravis est prius haud vidisse Maritum ?  
Quam gravis est res est non cernere est ante Maritam ?  
Quam res est miseranda suis non oscula natis  
Figere, est ore vale, valeatis est usq; , valet  
Dicere, quèis faveas, est dextris jungere dextras ?  
Montibus Hircanis durisq; è rupibus ortos  
Caucaseis omnes puto, quos non cura suorum  
Tangit, nec propriam cum sanguine fundere malint  
Vitam, quàm sobolem vel saltem è pluribus unam  
Deserere in tenebrisq; fameq; , aliisq; periclis !  
At nos ô miseros, si his abducamur ab oris  
Ad servile jugum non unum, heu linquimus omnes,  
Cum gemitu est lachrymis reditum matrisq; patrisq;  
Nunc expectantes, cunctis votisq; precantes.  
Linquimus heu nostras nostrosq; in amore fideles,  
Et quos ipse Deus sacro est non dissolviendo  
Fœdere conjugij junxit ! Deus ipse sacerq;  
Mysta sacro verbo geminis de carnibus unam  
Effecit, junxitq; fides experta tot annis !  
Linquimus at miseri miseros, ô rem miserandam,  
Tempore est hoc ipso pestis, famis, atq; furentis  
Bellonæ ferro, tormentis, carcere, est igni  
In bona, opes, pecudes, homines, in mœnia est urbes.  
At nos heu, miseri miseros, ô rem miserandam  
Linquimus, est nunquam nobis datur ora tueri  
Conjugis, est nati, patriæ est non amplius ora  
Cernimus, est sacros cultus : non amplius aure  
Dogma sacri verbi capimus, sacrumq; cruorem,  
Quo firmata fides in tantis motibus orbis  
Sit, maneatq; immota, stygis contra agmina est ausus,  
Amplius haud capimus. Dolor heu. Fortasse repulsi  
Rejectiq; Dei à facie sumus ? aure benignâ  
Cum non acceptet tandem tot vota precesq;

Tem

Tempore nocturno fusas simul atq, diurno?

Et certè qui nos? & quid nos dicimus ipsi  
De nobis? Mala turba sumus, mala, & impia turba,  
Cui non mens est fida Deo pietatis & ardor,  
Sed tantum apparens species, simulataq, cultus  
Sacri; quem nec amor, nec honor, neq; signa timoris  
Vera probant, nec consequitur dilectio fratrum.

O miserere Deus, noli descendere Iudex  
Nobiscum prope iudicium: viventium in orbe  
Nam nemo est justus coram te, crimina si vis  
Attribuisse homini, quisnam consistet apud te?

At quò ducendi sumus? Ah quid Ducere verbum  
Huc quadrat? cur non inquis rapiendi & agendi?  
Non enim, ut ante sumus vecti curru atq, quadrigis,  
Sic quoq; nunc erit: at miseri rapiemur, ut inquit  
Marchesius seivus; post detrudemur in antrum,  
Quo neq; splendor eat solis, nec pallida vergat  
Luna, & ubi omne situ, squalore & odore maligno,  
Plenum, quod cruciet, mortem minitetur & ipsam.

Horreo, & hoc repetens, manibus pedibusq, ligatus  
Stare mihi videor, jam conjiciendus in umbras,  
In tenebras spissas, Stygii Plutonis in undas.  
Ah quales fuimus quondam? qualesq, futuri  
Tunc sumus? ô mundi sors, ô fortuna maligna,  
Quam ludis miseros, & quam Variabilis es tu?  
Ad Dominum fugio, qui portus & ancora fixa est.

Urget adhuc aliud miserum: jactura sepulchri.  
Namq; aliquando mihi sunt lecta Prophetica scripta  
De fato atq; sepultura Reſtoris Iudæ  
Jakimi: cuius corpus sit projiciendum  
Exanime, ut durante die maceretur ab aestu,  
Noctu at frigoribus, teneatq, sepulchrum ut a sellus,  
Quod tandem evenit Regi de semine David.

*At reprobo? Nunc at qui nos? Culpâ annè vacantes?  
 Cognita satq; est durities: sat nota tyrannis  
 Papicolûm: quod nec Cognatos, religionis  
 Qui sunt consortes nostræ, dignentur honore, &  
 More sepultura solitæ, cantuvè sonovè  
 Campana! Hinc ego conijcio, crudelis & asper  
 Quid Miles faciat nobis, quos judicat hostes,  
 Et gaudet, falso tamen ore, vocare rebelles.  
 Sum memor exempli; quot cæsa, orbata sepulchris  
 Corpora visa hominum, cursus in tramite, nostri.  
 Nec tumor & fastus Legati incognitus ut nos  
 Despiciat miseros, & rebus mancipi adæquet?  
 Nunc age, si, Domino sic permittente, cuidam  
 Ex nostris fata obveniant extrema, profectis,  
 Forsitan in sylvis, asini sortirier urnam  
 Quam facilè esse potest, si non tumultetur ab ipsis  
 Vecturæ sociis? Quæ res quoq; causa monenti,  
 Condere sub currus arcâ palam atq; ligonem,  
 Ad faciendum urnam, ne forsitan organa desint.  
 Ridiculum hoc quisdam est. Risus tacuisset at omnis  
 Eveniente illo fato ut non nemo timebat,  
 Et Sol ingressus minitatur in Arietis astrum.  
 Servatimecum Domino date præmia laudis.  
 Tempus erat carpenti iter: at tantum unica stabas  
 Arcera præforibus, quæ vix trinis capiendis  
 Sufficiebat: in hanc quini compingimur, at qui  
 (Prædurum hoc) alii quini sunt ire coacti.  
 Hic querulæ voces, hic indignatio & ira  
 Jamq; Vale dicto gemitus, lachrymæq; supersunt,  
 Et polus ipse dolens, lachrymas stillabat & imbres.  
 Egram sic agrè egredimur præeunte severo  
 Milite cum sociis: At turbæ, nomina, euntis:*

t.

Equino-  
 Etium æsti-  
 vum.

10. Martij.

Dn.

Dn. Cancellarius Ernestus Foman.

D. Joh. Bechstadius.

D. Petrus Leopoldus.

D. Bonav. Gauer.

D. Josua Majus.

D. Stephanus Hörner.

Bonav. Breithaupt Consul.

Johan. Bürkel Senator.

Ursula Dn. J. J. Draconis Ord. uxor.

Maria D. Bechstadii uxor.

*Egram deserimus : Non horula tertia lapsa est,  
Arcera nostra luto defixa, hærentq; caballi  
Idq; ter hac luce evenit. Legatus at Urspreck  
Quam furit & quoties blasphemus detonat ore  
Sacramenta, polam, stellas, sanctumq; cruorem?  
Miles in hoc ipsi similis, furit, urget, agitq;  
Haud metus & equos, & nos vocitare rebelles.  
Jam vehimur : jam stat : gradimur : jam currere oportet,  
Non habita ratione viri, ætatisq; senilis.  
Cuncta hæc pertolero patiens, fatiq; futuri  
Peiorisq; memor sortis : nunc horreo flagra,  
Et tormenta alia in claustris, mediumq; videtur  
Clam fæno molli, substrato aut stramine vestem  
Munire, ut duras plagas, & verbera possim  
Absq; dolore pati nimio. At si nudior esse  
Cogeris? Heu vanum hoc me dium est. Memorem esse juvet me  
Martyres ut sancti tormenta necisq; dolores  
Pertulerint constanti animo ! Unde hæc robora mentis,  
Si non à Superum vi divinâ atq; sacrati  
Numinis afflatu? Qui pectora robore adauxit  
Ut fixis oculis spectando multiplicata Christi*

*metum*

*Pro*

Dn.

Pro nobis, mediaq; simul cruce dulce levamen  
Ipsius, & summo præfulgidam ab axe Coronam  
Martyrii, nil curarent tormenta nec ignes.

Hoc meditorq; precorq; Deum ut portare juvet me  
Quam imponat jubeatq; crucem perferre. Profectò  
Paulo post flagri metus & formido pericli  
Cessabant, videorq; mihi videre futuros  
Ictus Licetorum, ac sine murmure, tædio & absq;  
Velle pati. Ignoro Caro quid factura fuisset!  
At Domino grates, quod & hæc tentamina vertit.

Sic proficiscentes loca pertransivimus ista:

11. 12. 13. 14. **Aschwiß / Plana, Mœsum, Usedon Bilsa atq; Labitzka,**  
Mart. **Platna, Notenwind / Piska & Rhein / tunc Wessala, Mühlwiß**  
15. 16. 17. 18. **Newhauß & Königseck. Hucusq; Bohemia regnat.**  
19. Mart. **Post Rudes, Sclabing / Freuding / Durn quæ Moravorum.**  
**Flumine transgresso Teyâ Austria culta ministrat**  
20. 21. Mart. **Langnavium Dulckau / Frohdorff / Hollbrun / Grevedorffum**

22. Mart. **Chornenburgk atq; Eusersdorff / tunc pagus Idelse**  
**Qui prope Danubium fluvium est: ubi nocte moramur.**  
**Hic meritò recolo, quæ non reticenda putabam.**

Tempore quo cæptum est iter hoc, jejunia magno  
Servabantur adhuc zelo: passimq; Culina  
Frigebant: quæ res fuerat prædura profectis.

Tertia Papicolis cum festum Paschatos anteest

**Piska.** **Ingreddimur Piskam prædictam ad flumina Mulda.**

Maxima presidii pars hic, devicta Colonum  
Gens, supra Ens, quæ religionem propter ibidem,  
Atq; alibi, in Regno, miserè vexatur, & usq;  
Armorum in fidei socios duroq; labore:

Tandem ut deficient cultu, sudore vel acri  
Succumbant, cum blanditiis, ut dogmata linquant  
Orthodoxa Patrum, nequeant superaricr ullis.

**Audieram hac Platna, magis indeq; sollicitabar**

Ne



Ne propter cultus veros & religionem  
Præsertim hocce die, moriens quo lumina clausit,  
Illis Salvator, non fausto sydere forsan  
Succedamus ibi, rixas irasq; moventes.  
Turma inerat tunc Casarea Dux Schutzius ille  
Armis Imperio, simul & virtute probatus,  
Tum nobis pietate satis, seu nostra Papæ  
Dogmata suspiciat. Nam vix ubi noscere nostrum  
Adventum datur, admonitus dubio procul omni  
Numine divino, miseros vectos peditesq;  
Ut transire forum cernit, succedere tectis  
Hospitij proprij mandat, reficitq; misellos  
Instructis epulis variis ex piscibus assis  
Et coctis: non qui vulgo Sutoribus apti,  
Sed qui regali mensâ atq; paropside digni,  
Tum vino rubro divûm superante falernum.  
Ah quam res stomachis pergrata famelico & ori,  
Quod pariter, cibum edit, gratesq; Deo simul edit.  
Ipse ego qui quondam pisces Bacchumq; rubentem  
In dapibus fugi, victum jam cœlitus istum  
Demitti, nec communem reor esse putandum  
Cum Petro, ex perior pergratum epulum atq; salubre.  
Ante ministrantes mensam vacuare subindè  
Pocla monent, iterùm sataguntq; exhausta replere.  
Nobilis eximius Dominiq; Vicarius armis  
Nobiscum accumbit mensæ, & sermone decoro  
Aures demulcet, rogitanq; hoc & super illo.  
Intereâ Dominus literas perarando tenetur:  
Sublatis autem mensis procedit & ipse,  
Nosq; salutando alloquitur, solamine pressos  
Erigit, eventusq; jubet sperare secundos.  
O laudabile Ebedmelechi & delebile nunquam  
Factum, quod Dominus certè pensabit abundè.

Amij ✓

Act. II.

G

Nos

Ne

Non modo in hoc mundo, sed quando justus ut orbis  
Judex distribuet sua, tum qui visere captos  
Non neglexerunt, tumq; ora famelica victis  
Exatiare, siti atq; gravi potare querentes.  
Post ubi conductus novus adsignatur eunteis,  
Sumitur è captis super Ens : novère fideles  
Ut nos, ut gaudent obtutu & voce fruisi  
Nostrâ, & clam narrant superati ut Marte severo  
Et quid adhuc oneris miseros premat atq; fatiget,  
Donec deficient à religione coacti.

Nos contrâ ex animo miserum miserando laborem  
Confirmato animo his ausis contra ire, fidemq;  
Quam semel amplexi, quamq; in baptisate sacro  
Confessi fuerint, servare rogando monemus.  
Quod se facturos quoq; sanctè pollicitantur.

Casu hac evenisse putet, quicumq; Jehova  
Adspicit obliquis oculis opera; ipse profecto  
Magna puto, atq; putaturum puto mystica amantem  
Magna Dei sunt certè opera ! & qui respicit illa,  
Delectatur iis, super oblectamine cuncto.

Accidit hoc Deinae : cum Sol altissimus umbras  
Fecerat exiguas, sitientes urit & aestu,  
Expeto tunc animo, non curans munera Bacchi,  
Excocta Cereris potum : astit occasio nulla  
Est mihi, ceu fuerat Sociis. Temone quadrigæ  
Jam junguntur : eo, currum conscendo superq;  
Pariete in Hospitij video depicta colore :  
Ut Danieli Habakuk pultem fert esurienti  
Ora leonum inter freudentia : Cogito mecum  
Jova benigne pium Daniele pulce sibasti,  
Si me jam velles Cereris potare liquore !  
Hac dum sic meditor, quidam de gente Colonsim  
Auriga aut alius, vas amplum ad summa repletum

Zytho

Zytho affert, & Cursori currum prope stanti  
Nostro propinat, qui mox mihi porrigit urnam  
Admonitus: Bibo. Continuò per corpora vires  
Sentio collapsas, atq; instaurarier artus,  
Et benè sum patiens astus. Mihi gratia & ista est  
Maxima, & eximià dum vivo laude ferenda.

Slabing urbs splendens est, sub ditione Slabati,  
Qui quondam cum aliis Pragensi ex arce fenestrâ  
Dejectus: Martj decimâ nonaq; die quò  
Perventum est, paulumq; foro ut consistimus illic,  
Cives qui nostra vel sunt, sive ante fuerunt  
Relligionis, ut innocuos novisse licebat,  
Ore salutantes tristi, vereq; dolentes  
Vina ferunt quidam, nec non solamina prastant.  
Discessu ut factò pergendo suburbia inimus,  
En Pistrix mediâ plateâ stans ante Penâtes  
Et nos conspiciens, ad pergulam eundo revertit,  
& atq; duos similagineos, queis forma quadrata,  
Panes arreptos, nobis subitò adjicit intrò  
In currum, atq; simul gemitu testatur amorem.  
Christe benigne duo vidue, cui grata minuta  
Respice & hos geminos panes, ac redde benigne.

Mart. 12.

Manè Viennam Urspreck intrabat, vespere & indè  
Subtristis rediens, nos introducit in urbem  
Vectos & pedites, parte ex utrâq; locatis  
Militibus. Nunc ingredimur per compita Juda-  
orum: Plebs subitò concurrat, & undiq; cives  
Spectatum veniunt, atq; indagare laborant  
Adventus nostri causam, commissaq; nostra.

13. Mart.

Ducimur ad turrin, vulgato nomine Beillet  
thurn dictam; Patet hic aditus, quo intrare jubemur.  
Scalis ast aliquot scansis, conclave subimus  
Fœtidum & obscurum, saxoso pariete utrinq;

G 2

Con-

Zytho

Constructum, denisq; seris, ratione patrati  
Criminis, occludendum aliis: non attamen aequè  
Clauditur hoc nobis, aliquot sed Militum in armis  
Stantes excubias agitant, noctuq; dieq;  
Præ foribus, nulliq; datur nostrum inde recessus.

Perplexi ac tristes sumus, invicem & ora tuemur  
Consilij expertes. Mala mansio: Carcer iniquus,  
Fœtor ubi nares stringit deterrimus usq;  
Unde nihil nisi morbus atrox morsq; ipsa timenda est.  
Annon. eveniunt prædicta, mineq; Tyranni?  
Sic querimur miseri, Legatum & protinus Ursprecc,  
Tectum aliquod Civis nobis custodia ut esset,  
Tum blandis verbis gravibusq; movere placebat.  
Quod caret haud fructu. Divino Numinis actu  
Marchesius Dux consentit, si cautio subsit,  
Nos inde haud discessuros, prius era soluta  
Quàm fuerint. Sumus intenti. Jam cautio præsto est.

26. Martij.

Atq; brevi tetra & turpis custodia turris  
Solvitur, ac nobis conducta subire potestas  
Limina, concessa est. Certè exivisse sepulchro  
Quisq; videbatur sibi. Duro carcere lecto,  
Hospitium ingredimur. Sed tunc as acrius urget  
Marchesius, dictatq; diem, quo deficiente  
Æris prædicti summâ, nihil amplius esset  
Certe expectandum miseris, quàm carceris umbra,  
Tum servile jugum sine fine, molestia & omnis.

Seriò ut admoniti, hæc citò significare Coburgi,  
Sic etiam prompti sumus. At meditatio semper  
Ominis adversi mentem perturbat & angit.  
Namq; impossibilem summam. scio Civibus atq;  
Ruricolis omnis certe ditionis & urbis,  
Ob belli spolia & clades & cætera damna.  
Non dubium quoq; nil impossibile esse Jehovæ:

Plura  
vid. in  
fine..

At

At metuo ne sit Domini divina voluntas.

Nos hac cuncta pati meritos, aut Martyras esse!

Hareo. Sed tandem casu hoc utroq; levandam,

Credo, crucem patienti animo, & sine murmure Jovam,

Quò vocet, & nunquam retrospiciendo, sequendum.

Vix animo requies, fidei hac sopitaq; lucta est.

En Vir eximius, Leo, causarum ille Patronus

27. Martij.

Aula Casarea celeberrimus, atq; probatus

Sincerae nostrae qui religionis Alumnus,

Cum lepida uxore, & Natis, Generoq; fideli

Advenit, ut captos visens soletur Amicos,

Quodq; pio studio faciunt. Presentibus ipsis,

Davus adest interturbans, Ur spreccius ille;

Dicit: abit: dixisse ajunt bona nuncia. Mirum!

Hoc egresso alij veniunt ex Marchesianis

Unus Moserus dictus, Springerus at alter;

Hi pleno ore ferunt hilares, dictaq; salutē

Nomine Marchesii, Fridlandi ad scripta Coburgo ab-

ductos Captivos, excepto nemine, eo ipso

Tempore ritē relaxari, quod strinxerat ante,

Arresti vinclo: simul & datur ire potestas,

Quo nobis lubitum fuerit; Vincla esse soluta.

Ne tamen antē Lares, sit mens, prius, ire petitum,

Quam nos Pragensi coram sistamus in urbe,

Holckij ut excubiis patrias ducamur ad oras.

Deniq; & expensas propter nil poscier, at qui

Arbitrio nostro debere hoc esse relictum:

Temporis at memores fore nos sortisq; futurae.

Nos acceptantes hac omnia pectore lato,

Fridlando illustri, tum Marchesio, atq; Patronis

Omnibus eximias agimus, cupimusq; referre

Grates, tum propter sumptus prestare quod equum

Et proficiscendo monitis parere decenter.

Plura  
vid. in  
fine.

At

Tum mihi qui Moses quondam fuit Israelitis,  
Cum prius adventu terret, gravioraq; reddit  
Pondera, sed tandem portat bona nuntia phase:  
Certè hic Moserus nobis est visus & idem.  
Namq; & is ipse prius finalem significando  
Marchesii mentem, nimium nos terret, & angit,  
At tandem in patriam portat bona nuntia eundi.

An vero lachrymæ aut risus tunc crebrior, istis  
Auditis, mihi non constat: satis usq; profectò  
Gaudia pertentant animos, & pectoris ima,  
Quiq; dolent modò nobiscum & solamina præstant,  
Gaudia nunc letis lati gratantur, & optant  
Jugiter ut vigeant nobis sic dante Jehovâ.  
Omina Springeri tunc & bona nomina præstant,  
Dum nobis colles, montesq; salire videntur.

Post Draco, Porta, Leo, Schubbart, Generiq; Leonis  
Fridrici Breitheupti, qui tunc temporis absens,  
Fida uxor, nobis convivium læta parabant,  
Quæq; satis vario potuq; ciboq; superba.  
Omnia amoris erant hic signa: Deus benedicens  
Cunctis, atq; meo Nato, cum sænore multo  
Cuncta hæc compenset. Grati sic usq; precamur.

Aprilis 3.

Tertia ut Aprilis lux est, valedicimus urbi,  
Conductu ac salvo muniti Militum & armis  
Pergimus ad pagos, ac urbes ordine scriptos

4.5.6.7. Ap. Enfersdorff, Hollbrun, Znaim, Boduvitz, Remmeo Brisnitz  
Post Triglau, Teutschbroda / Haffer, tunc Tzesta, Colinum,  
Et Bohemischbrodau / sequitur quàm deniq; Praga.

8. April.  
Praga.

Octavâ sumus hic: adventum significamus  
Absq; morâ nostrum Fridlando, sed mediante  
Holckl operâ noti, grates formâ optimâ agendo.  
Salvum conductum petimus. Quem nec renuebat  
Impertiri: at quo magè tutos sistere posses

Soli-

Solicitus Fridlandus erat : cum fama referret,  
Saxonicum Heroem BERNHARDUM haud amplius illo  
Tempore adesse Papabergæ, quò sistere captos  
Coburgenses dimissosq; petiverat ante.

Nos ergo Dresdam transmitti tutius esse  
creditur. At dum nos sumptusq; moramq; timentes  
Egram exoptamus tacitè, at nobis petere haud fas  
Seu licitum est, Princeps mutabat vota priora,  
Permissuq; benigno ejus dimittimur Egram.

Tum nobis, salvi conductus ergò, Patronus  
Iungitur, Adjutant Marti, pro more, vocatus.

Ut decima Aprilis cum tertiâ in axe resulget,

13. Aprilis.

Et vesper propè longus erat, discedimus inde,  
Nempe Pragâ, & noctu montem transcendimus album,  
Quem celebrem quondam fecit victoria, in illo,  
Induperatoris contra arma Bohemica, Regis:

Urbes & pagi quos transivère profecti,

Sunt Rennholtz, Rakonitz, Libentz, Gisch atq; Luditza  
Deussing, Döple, Aschwitz / Königswart / post Egra tenetur.

14. April.

15.

Hoc decimâ sextâq; die fit mensis Aprilis:

16. Aprilis.

Inq; viâ persapè memor sum triplicis ejus

Versus, quo componendo, sum quinq; decemq;

Hebdomadam certè spatio, & non segniter, usus:

Egra agrè recipit, forsân dimittet & agrè.

Egra agrè admisit, sic nunc dimittit & agrè.

Egra agrè admisit sic nunc dimisit & agrè.

Ac metuo valdè, ne eadem sit cantio rursus,

Egram accedenti, decedentiq;, canenda.

Et sanè auspiciam mediumq; haut omina portant

Parva mora longæ: non est Auriga, Caballi

Non sunt, nec currus, non est conductus, & hostes

ne muros cingant, aut ostia aperta viarum

Obsideant, metus haut parvus; remora undiq; praesto.

AR

Soli-

19. April. *Art decimâ & nonâ Aprilis datur exitus inde,  
Iungitur & nobis Tubicen Conductor. In Arzberg  
Ut sumus, en referunt cives de strage Croatûm  
Centenorum aliquot, quæ facta est luce secundâ  
Præcedente, & adhuc Equitum vestigia restant,  
Corpora & haut, occisorum, sunt cuneta sepulta.  
Thyrse nocturnum hospitium conceditur agrè  
Annonam propter, quam consumsisse Croatos,  
Et Suecos, ajunt, illos qui nocte secuti.*

20. April. *Cum vigesima erat mensis succedimus urbi  
Culmbach. Culmbachio, vix & curru descendimus, ecce  
Presto Coburgensis Tubicen, dimissus ab inde  
Principis illustris Domini Jani-Casimiri  
Mandato, nos dimissos abducatur ut Egrâ.  
Sed cum Wansidelum, quò nos haud tendimus, ille  
Direxisset iter, nos prætermisit euntes*

21. April. *Ignorans, retroq; gradus vertendo secutus.  
Hic nobis sacrâ, lætum quoq; Paschatis, ade  
Concelebrare datur festum, & quod eò usq; negatum est  
Mensibus integris septem, sacra dogmata Verbi  
Salvifici in templo Domini, cætuq; frequente  
Audire, & spectare simul sacra pabula cæna  
Dispensare, ut jussâ dedit Salvator Jesus.  
Sint tibi grata, precor, Numen venerabile, Vota  
Quæ tibi mente fero gratâ, atq; holocausta parata.*

22. April. *Postera cum lux est atq; anchora dissoluenda,  
Nomine Primatum ( penes est quos summa potestas  
Absente Illustri Domino, munimine & urbe,  
Qui & præeunte die solenni more salutant  
Et Cancellarium & Socios ) as solvitur omne  
Quod victu & numis expenderat Hospes alendo  
Sat lautè, viginti homines denosq; taballos.  
Emitat hinc pius affectus, respectus & erga*

Illu-



Illustrem Patria nostra Patremq̄, Ducemq̄;  
Quiq̄ & post Numen, pro munificentia idipsum  
Retribuet; Quin nos meritum hoc celebrabimus usq̄  
Pectore grato. Jam petimus properando Penates,  
Cumq̄ sumus jam Saxonicum vicum propè Ebersdorff  
Adsunt urbe Equites, qui non tantum ore salutant  
gratando reditum, pariter sed nuncia grata  
Significant nobis, procul haud in curribus esse  
Primates, proceres, cognatos, atq̄ Maritas,  
Qui nostrum expectent reditum & deducere in urbem  
Latentur reduces. Sequimur: campo ecce patente  
Et Seidmansdorffl decus atq̄ corona Virorum  
Fœmineiq̄ chori Coburgo egressa, triumphant,  
Evenisse diem tandem nostra ora tueri.  
Tunc ex Theiologis, necnon, à Consiliis qui  
Esse solent, Scabinis, causarumq̄ Patronis,  
Tum Secretariis, & primâ parte Senatus  
Quidam procedunt, mediante & Rhetoris ore  
Præstantis, vivo exponunt sermone dolorem  
Perceptum ex abitu nostro, summumq̄ deinde  
Gaudium, & affectus omnes sub pectoris imo,  
Felicem ob reditum nostrum; gratesq̄ Jehovæ  
Corde pio, peragunt, omnem pariterq̄ salutem,  
A Domino, & vitam longævam, & prospera cuncta,  
Successusq̄ bonos, exoptatosq̄ laborum,  
In studiis, & in officiis ad commoda, & usus  
Mille rei tum communis tum privæ, & honorem  
Numinis æterni, devota mente precantur  
Nobis; nec non officij pro viribus omne,  
Omne & Amicitia studium promittere gaudent,  
Usq̄ sibi nostrum sperando pristinum amorem.

Certè ut dicta VIRI suavissima pectoris ima

H

Fauto-

*Ipsi*

Fautorum, cunctis sunt visa aperire, piorum :  
Sic quoque, vi, nostri penetralia & intima cordis  
Pervasere suâ, lachrymasque recessibus imis  
Extrudunt. Stat laude suâ dignissima semper  
Vera fides animi : vera & dilectio Amici  
Absque opere est nunquam, quod factò hoc ritè probatur.  
Dignas ergò & nos agimus de pectore grates,  
Christianorum & Amicorum quod more dolere  
Usque statum sortis nostræ, durosque labores  
Maluerint, & nunc, sic dispensante Jehovâ,  
Nostro in letitiam verso mœrore, fideles  
Gaudia nobiscum capiant : Sentireque nosmet  
Certe habuisse preces suas, quam maximum eorum  
Pondus apud superos ; Hi compensare benignè  
Dignentur studium hoc, & eos servare potenter  
A simili plagâ, & rerum vitæque periculis :  
Nos etiam obstrictos, nec non simul esse paratos  
Officiis gratis ipsis prodesse fideles.

Jungitur his actis promptissima dextera dextræ  
Cumque salutando, dulci alloquioque fruendo  
Tempus abit modicum, moniti conscendere currus  
Ante salutantes queis vecti, & splendidiores  
Nostris, obsequimur. Pergentibus ante Coburgum  
Coburgk. Atque intrâ, se turba offert juvenumque senumque  
Maxima, spectatum Reduces : pars plurima sexus  
Fœminei flentes gaudent : pars magna salutem  
Gratantur patulo, aut tacito ore, ac gestibus. Et sic  
Intramus læti, nec non solenniter urbem,  
Ac sub mirificâ tutelâ & tegmine Divûm  
Salvâ animâ, salvâque fide, tum corpore salvo,  
Salvam dilectam sobolem salvosque Penates  
(Linquimus ut tenues, tamen, & miserè expoliatos :)  
Invenisse datur : Sunt passim gaudia abundè.

Lauda

**L**audate ò anima nostra, laudate Jehovah,  
Quicquid & in nobis est, glorificate sacrum ejus  
Nomen perpetuò, ò anima exaltate Jehovah,  
Et nolite esse immemores cuncti benefacti,  
Quod Deus exhibuit vobis, virtute benigna.  
Nos peccatores miseros peccata tenebant  
Nostra, Dei & justì nos Judicis ira premebat,  
Ut plane à Domini facie vultuq; repulsa  
Esse videremur, sacro à temploq; remoti.  
At nunc cuncta tibi clemens peccata remisit.  
Et quò pro meritum te justa reppulit ira  
Indè favore suo te nunc, & honore reduxit.  
Nam clemens patiensq; Deus, bonitatis & ejus  
Tempore non ullo finis, nec perpetua ejus  
Ira, aut retribuit nobis, ut nostra merentur  
Crimina: Sed quanto terrarum distat ab orbe  
Cæli convexum spacio, tantò ipsaq; distant  
A nobis, quibus offensus, commissa reatus.

Psal. 103.  
vers. 1.

vers. 2.

Jon. c. 2.  
vers. 5.

vers. 3.

vers. 4.

v. 9. 10. 11.

Laudato ò anima omnis, & exaltato Jehovah.

vers. 4.

Qui tua membra, tuum corpus, vitamq; benignè  
Servat ab interitu! Stygius tentaverat hostis  
Hanc urbem, & natos teneros, matresq; patresq;  
Atq; senes juvenesq; omnes, disperdere ferro  
Et flammis: quæ certè etiam mens atq; voluntas  
Primum Fridlandi fuerat, tum Militis ejus,  
Nil aliud quàm perniciem, mortemq; minantis:  
At Dominus protector erat, sevosq; reduxit  
Unde egressi, hostes, salva urbe, toroq; choroq;

Esai. c. 37.  
vers. 29.

Ah quoties & nos captos à fulmine Martis,  
Servat, & interitu? Quoties à frigore sevo,  
Ne pes, aut aliud membrum, ne corpus & ipsum  
Exanime evadat: vel rumpere, frangere, quidquam

H 2

Com.

Contigerit curru everso : ne flumina raptos  
Submergant : nevé inficiant contagia pestis :  
Correpti & gravibus morbis ne fata suprema  
Claudent : & ne quis stimulante sitiq; fameq;  
Sive cibo crudo, potu minimeq; salubri :  
Militis aut rabidi ferro : foetoreq; claustris  
Tum squalore Viennensis, sit perditus : & quod  
Marchesius miseros Turcarum haud more, ligatos  
Ferro & compedibus, nos Quasitori ( ut idipsum  
Theiologus quidam expertus, spectante caterva  
Nostra ) tradiderit, vel, teu persapè minatus,  
Nos macerare flagris & tristi carcere claudi  
Jusserit ! Exalta ô anima & laudato Jehovaham,  
Ejus nec tollat benefacta, oblivio, mente.

Psal. 103.  
vers. 4.

Qui tibi fautores reddit, te gratiâ honorat.

Cuncta infensa tibi, te cuncta odisse videntur :

Ludibrio es populo : cunctis & fabula in ore :

Marchesius diris te odiis sectatur & ira,

Adspectuq; suo indigno, haud dignatus, ad orcum

Supplicibus genibus veniam, jubet ire, petentes,

Et, non famellis parcendo, repellere virgis.

Quin flagra & fustes, serus, & mala cuncta minatur

Ex nobis, si quis Dominum petat esse benignum.

Perpetua at Jovæ bonitas & gratia in omnes

Prov. c. 16. Hanc qui sollicitant : & cujus cœpta probantur

vers. 7. Ipsi, huic offensos, scit conciliare, & amorem.

Gen. c. 31. Labanus iratus Generum insequitur fugientem

vers. 21. Jacobum, ut captum cum servis atq; Maritis,

Servili jugiq; jugo premat atq; fatiget :

vers. 24. At Dominus socerum vetat aspera verba profari,

Conciliatq; animos in pace & amore fideli.

Hic & Marchesium nostrum, res mira, benignum

Effi-

Efficit, ut captis det significare salutem,  
Ac vinculum arresti, mora & absq; in pace relaxet.

O Deus annon & miseros nos gratiâ honoras  
Principis illustris Domini Jani Casimiri,  
Saxonia atq; Ducis BERNHARDI Herois in armis,  
Solicitè ut nostram querant, nostrumq; salutem,  
Haudq; verendo fores pulsare immanis & hostis?  
Gratia & hæc magna est, Domino sic dante, quod Hostis  
Pluribus addictos aliis, dictosq; rebelles  
( Quo titulo miseros mala lingua, haut culpa peregit: )  
Liberet, atq; bolum hunc è buccis raptet Amici.

Laudato ô anima omnis, & exaltato Jehovam,  
Qui tibi fautores reddit, te gratia honorat  
Osq; tuum exhilarat: gelido quod frigore clausum  
Sapè erat ante tibi, aut justâ formidine strictum  
Ne verbum auderes proferre, nec hiscere forsân:  
Non est exiguum miseris solamen, habere,  
Cui id, quod cruciat, tutò concredere possint,  
Et sibi consilium fidum, auxiliumvè rogare!  
Regius en exul cordis sua prædicat esse  
Gaudia, si claro Dominum celebrare & aperto  
Ore queat: queriturq; etiam captiva Sionis  
Se Domino cantare haud posse in terrâ alienâ.  
Certè etiam nostra ista fuit persapè querela,  
At nunc os adaperit, & lingua haud amplius hæret;  
Absq; metu nunc alloquimur Iuvenesq; Senesq;  
Natos dilectos, uxores atq; Maritos,  
Et facimus lato cantu sacra templa sonare.

Laudate, ô anima nostra, laudate Jehovam,  
Qui pro more aquilæ senium juvenescere & agrum  
Convaluisse dat. Heu macilenti corporis artus!  
Pallor in ore sedet, gressu infirmusq; vacillat

Psal. 103.  
vers. 5.

Pf. 63. v. 5.

Pf. 37. v. 4.

Pf. 103. v. 5.

Pes,

H 3

Effi-

Pes, adscendentes stomacho caput usq; vapores  
Divexant: Immo non parva est causa senectus,  
Amplius ut nequeant tantos perferre labores,  
Jamq; videbantur propiores esse sepulchro  
Quam Patria: At Dominus juvat hos quoq; ferre labores  
Atq; graves pellit morbos, juvenescere ut ipsi  
Difficili e senio videantur, & esse vigentes  
Non minus ad munus faciendum, ac antè fuerunt.  
A Domino hoc factum est: regimen Deus omne gubernat:

Syrac. c. 10.  
vers. 5.

Ipseq; laudatum dat Cancellarium in Aula,  
Es quoq; conservat. Domino date munera laudis:

Pfal. 136. 4.

Qui solus miracula facit, mirabilis & qui

Pfal. 102.

Omnibus in factis: caelo qui spectat, ut aure

v. 19. 20.

Attentè gemitus captorum exaudiat, atq;

Eximat e vinculis natos fatiq; necisq;.

Pfal. 64.

Liberat hic etiam maturè & tempore justo:

vers. 6.

Carcere sic Joseph, Daniele ex ore Leonum

R

Tresq; viros e furno, & Jonam ex ventre Balanae

Omnipotentè manu exemit: Sic liberat & nos.

Pfal. 103.

Laudate o animæ nostræ laudate Jehovah,

vers. 1. 10.

Angelicæ mentes Domino date munera laudum,

seqq.

Arma Deum laudent, exercitus omnis adoret.

Pfal. 50. v.

Omnia, quæ spirant, laudent celebrentq; Jehovah.

ult.

Post agimus summas grates tibi Dux Casimire,

Chare Pater Patriæ, nec non tibi Dux Bernharde

Inclyte Saxonica stirpis fortissime & Heros,

Quod miserescentes miseranda conditionis

Nostræ, non dubito, divini Numinis actu,

Fidi ut Ebedmelechi, Patres, Diviq;, Patroni,

Egistis causam nostram scribendo, monendo,

Atq; minando etiam; ne vis & iniqua Tyrannis

Opprimat afflictos, & fato mancipet atro.

Fess-

(57)

Fecistis Patre, o Patria, & Dux inclyte, abunde  
Ut Jova & vobis, ditionis subditus omnis  
Grates gratus agat summas, summi & benefacti  
Nomine commendet meritum hoc, agnoscat & usq; :  
Quam grave pauperibus, grave divitibusq; fuisse  
Æquè, illam immensam, vel saltem dimidiatam,  
Solvere & λύαεε summam, vel Posteritati  
Hoc renuendo, notam contemptæ famæ & honoris  
Linquere perpetuam: quod, eos qui propter & urbem  
Capti, & in officiis fuerint, sine labe, tot annos,  
Deserere haut veriti, sic atq; infamiam honori  
Maluerint præferre: Nefas quod maximum honestis.  
Nil jam de Nemese, vindictâ & Numinis almi,  
Quæ sequitur fontes certè, & quandoq; Nepotes.  
At quod cesset onus, quod sint aversa pericla,  
Hoc fidei & curæ vestra, celsissima corda,  
Imprimisq; tuo PRINCEPS fortissime & HEROS  
BERNHARDE insigni studio Zelôq; fideli,  
Post superum regimen, non immeritò tribuendum.  
Vivite longævi Heroes, contraria nec fors  
Unquam vos turbet, sed prospera cuncta vigescant.  
Grata Deo, & cordis vestri sint cuncta holocausta.  
Consiliumq; animi vestri Deus impleat omne:  
Grates eximias, fidi & meruistis Amici,  
Vir Draco, Casaræ qui Consiliarius Aula es:  
Johannesq; Leo, qui tot Magnatibus orbis  
Consilio præes, & causas, expertus, ibidem  
Tot solerter agis; veterem neq; spernis Amicum,  
Quem tibi lata dies, & vita Academica Jenæ,  
Tuncq; iterùm, junxit, fors dura & amara Viennæ.  
Cautio ut exigitur: summam, non, ante solutam  
Hospitio, atq; urbis tentare excedere muris,

Spon-

Feci-

Sponsores vos nostri estis : spondetis & ijdem  
Pro bis millenis, in commoda nostra, thaleris,  
Aloys, quos, Porta ( Gener tuus, ô Leo chare,  
Italus, & fidei nostræ sincerus Alumnus,  
Quam propter quoq; Papicolum stimulante furore,  
Cum Lare, post abitum nostrum, emigrare coactus )  
Procurat. Quis cognatorum hoc invido in aeo  
Cognato hoc faceret, nec non tam pectore prompto ?  
O pietas, ô viva fides, dilectio & omnis,  
Sedibus antiquis forsân, tectisq; relictis  
Nostris, Australes vos convertistis in oras ?  
Imò sat luxit nobis lux vestra Patroni,  
In tenebris hominum spissis medioq; Papali  
Cœtu : Post Dominum, sit laus, sint pectore grates  
Et quoq; erunt vobis; sic & tibi magne SCHUBARTE  
Cæsaris Arsenalis, simul & præfecte supreme,  
Danubij ad flumen, Nautarum; qui & Popularis  
Romhildæ exortus. Quâ non ratione probasti  
Eximium & Patriæ & nobis & Amorem & honorem  
Alloquio, officio, impensis & sumptibus usq; ?  
Sintq; tibi grates summa: Cunctisq; Patronis  
Quos hic commemoro haud deerit pro viribus æquè  
Officium gratum, dum Spiritus hos regit artus.

Nunc grates vobis agimus, Patres venerandi,  
Atq; sacri cœtus membris, non hac modò in urbe,  
Verum etiam totâ hac, que sub ditione, tenentur,  
Atq; adeò cunctis, majoribus atq; minori,  
Cujuscunq; status, sexûs, vel conditionis  
Sint, & qui precibus, scribendo, urgendo, monendo,  
Soliciti reditum nostrum, nostramq; salutem  
Quasivêre : agimus cunctis de pectore grates.  
Nam satis experti sumus, & cognoscimus hocce

Tem



Tempore, quæ precibus virtus, vestrasq; habuisse,  
Immensum pondus contra molimina mundi.

Certum est captivos voluit qui invisere, certe  
Intrabit Domini cælestia regna beatus.

Matth. 26.

Et nos in mundo, sumus hoc pro viribus usq;  
Officio & studiis gratis pensare parati.

Conditor alme Deus Judex justissime, ne intres  
Cum Servis in judicium: Compesce furorem,

Martis, da pacem inq; choro, inq; foro, thalamoq;

Queramusq; ipsi. Bona pax bona cuncta ministrat.

Omnia salva precor: Deus adjuvet, augeat, ornet,

Restituat, dotet, ditet, benedicat in hortis,

In campis, sylvis, in pratis, flumine, in arvis,

In tectis, villis, stabulis, tabulisq; torisq;

Omnia ditentur, ceu divite flumine Nili

Terra frequenti æstu macerata, exhaustaq; Solis,

Ægypti locupletatur, ceu divite cornu

Copia, & in sano juvenescant corpore vires

In pylios annos: Semper sit religionis

Sincere cultus: sint tandem gaudia vite,

Quæ nobis Christus preciosâ morte paravit:

A M E N.

---

### Tobie 2. cap.

**H**Anc tentationem ideo permisit Dominus evenire,  
illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus, sicut  
& sancti Hiobi. Et cap. 12. Quia acceptus eras Deo, necesse  
fuit ut tentatio probaret te.

Augustin.

**M**ala hujus mundi usu quodam bono convertuntur  
in bonum, dum non augent nostram concupiscen-  
tiam

tiam, sed exercent patientiam: de qua Apostolus ad Rom. 8. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

*Luther Tom. 3. in Gen. c. 25.*

**D**Eus ex mortuis & ex nihilo vocat omnia: quando nihil rei aut spei est reliquum, ibi demum incipit divinum auxilium &c. Si vis Deo servire, debes credere invisibilia, sperare & amare Deum, etiamsi se ostendat inimicum & contrarium tibi, atq; ita in finem perseverare. Impossibile enim est orationem urgentem, instantem, perseverantem non exaudiri.

*Idem Tom. 4. fol. 42.*

**S**init Deus nos tentare usq; ad extremum, ut prius omnia consilia & fiducia omnis purè exhauriatur, ac nos vicinissimi desperationi. Eò cum ventum est, ut nihil quam desperatio sit reliqua, tum mittit salutem in ipsa morte, ostendit vitam, in ipsa damnatione salvat. Ex nihilo facit omnia, & cum res deploratissima est, restituit omnia in integrum.

*Idem d. tom. 4 fol. 40.*

**S**ub horâ tentationis fieri potest, ut actu Diaboli omnes nobis è conspectu eripiantur loci consolatorii, ac solum comminatorii occurrant, ac obruant nos. Itaq; nemo superbiat & gloriatur de justitia, sapientia, & donis; sed humilietur, & oret cum Apostolis: Domine adauge nobis fidem.

---

**De usu & quantitate quorundam verborum & vocabulorum, ut hîc sunt usurpata.**

*Pressuræ. C. lin. 4. Basil. Faber in thesauro lat. lingue in verbo primo lin. 12. ubi hoc vocabulum inter latina, absq; ullâ notâ aut reprobatione refertur.*

*Lite-*

l. *literatorum*, C. 2. lin. prima ante pen. & G. lin. 28. *litteras prima brevi*: Et recte, cum à *Litura* sit, quod primam brevem habet secundum Mart. Emen- dare jocos una *litura* potest. Inde procul dubio *Libavius* etiam pri- mam brevem posuit in his versibus suis:

Grandibus exciti *litteras ornatis honestas* &c.

Nec sine sole diem fore nec *litteris sine mundi* &c.

Christo extruxisti *litterarum hæc templa sacrarum*.

Quando autem producitur prima, duplicari solet t, ut apud *Obid.*

*Littera serm onis fida ministra mei.*

*vid. d. Fabr. in vocabulo Littera.*

*Mulierum* C. B. lin. 1. pen. long. Fort: *O benedicta inter Mulieres, unde mihi hoc est*

*Psalterium* C. 3. B. lin. 10. *Arat Psalterium lyrici composuere pedes.*

*Ecclesie* D. 3. B. lin. 27. *Sedul. Ecclesiam pulchro Christus sibi junxit amore,*

*Pariete* G. 1. B. lin. 27. *Virg. Herent parietibus scæ, postesq, sub ipsos.*

*Cancellarius* G. B. *in fin.* &

*Secretariis.* H. lin. 17. *Errant qui hic syllabas antepen. correptas putant: quæ tamen producuntur. Nec enim litera i ut vocalis, sed ut consonans pronunciari debet, ut fit in vocabulis Pariete, Ecclesie, Psalterium, Mulierum. Videant, ergo quomodo se excusent, qui in his Autores optimos lapsus & erroris insimulare non verentur.*

*Plateas* E. 3. B. lin. 6. *Horat. Plures sunt platea nihil ut meditantibus obstet*

*Philothi* D. 3. lin. 10. *prima brevi. cum à ψιλώω. id est nudo, depilo sit. Claium in prosod. græca litera ψ. mihi fol. 293. Martialis tamen primam pro-*  
*duxit: unde colligo quod hujus syllabæ quantitas indifferens sit.*

*Famidis pro esurientibus.* E. 3. B. lin. 21. *Drepan.*

*Vel famido gratas vertat amore dapes*

*Philosopho* C. 3. B. lin. 11. *Sidon. pingere philosopho victricem Laida cepit.*

*Qui velit, ex Autore rationem audiat.*

---

## ERRATA.

B. lin. 1. *Tulli pro Tullj.*

Lin. 23. *Dele IN ante: interitu.*

Lin. ult. *Accederit pro acciderit.*

*Literulas.* t. 4. B. lin. 12. *pro litterulas*

F. 4. lin. 17. *Veritus pro metuens.*

lin. 17. *Martyres pro Μάρτυρες quod græcè excudendum erat.*

H. lin. 7. *Dele IRSI.*

## FINIS.

9c 1983 10

Faint, mostly illegible Latin text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

ERRATA

Errata list containing several entries with Latin text and page numbers, such as 'B. lin. 1. T. 1. pro T. 11.' and 'A. lin. 1. pro A. 11.'.

FINIS

1077

m.c.



n. 118, 27.

RELATIO  
rica

# CAPTIVITATI

Quorundam Coburgensium,  
Scabinorum, Advocatorum  
& Matronarum

5. Octobr. Anno  
Facta,

26. Martii Anno 1633  
rum, sol

JUNCTA GRATIA  
quibus deb

*Psalm 102.*

Prospexit de excelsis sancto  
in terram aspexit, ut  
ditorum, ut solveret

\*\*\*\*\*

COBU

Typis JOHANNIS

Anno 1

*Pr*



3

